

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

M. Davidis Richteri, Güstrovia-Mecklenb. Considerationes Magico-Thevrgicæ De Conciliatione Spiritvvm, Oder: Von Der Kunst mit Geistern sich bekant zu machen : Qvatvor Disptationibvs In Acadamia lenensi Olim Propositæ ...

Jenæ: Prostant Apvd Joh. Bernh. Hellervm, A.O.R. MDCCXVI.

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1736053132>

Druck Freier  Zugang



GVI
1019



In Anglia
et aliis

G.W.D.

~~LXXXV. 10.~~

80. b. f.

G VII-1079.

1079

M. DAVIDIS RICHTERI,

GÜSTROVIA - MECKLENB.

CONSIDERATIONES MAGICO-THEVRGICÆ

DE

CONCILIATIONE
SPIRITVVM,

Oder: Von Der

Kunst mit Geistern

sich bekant zu machen /

QVATVOR DISPV TATIONIBVS

IN
ACADEMIA IENENSI

OLIM PROPOSITÆ.

Numisma aureum
ad pag. 68.



J E N Æ,

PROSTANT APVD IOH. BERNH. HELLERVUM.

A. Q. R. C. D. I. Q. C. XVI.

MADAGASCAR
COMMERCE - MEDAILLES - MÉDAILLES -
COINS - MONNAIES - MÉTAL - METALL -
COPPER - BRONZE - TITANIC -
COPPER COINAGE -
L. O. T. G. M.
278
GERMANIA
SAXONIA
M. A. R. T. A. R. Y.
1772

SERENISSIMO PRINCIPI AC DOMINO,
DOMINO
CAROLO
LEOPOLDO,

DVCI REGENTI MECKLENBURGICO,
PRINCIPI VETVSTÆ GENTIS HE-
NETÆ, SVERINI ET RACEBVRGI,
COMITI ITEM SVERINENSI, TER-
RARVM ROSTOCHII ET STAR-
GARDIÆ DYNASTÆ.

PRINCIPI AC DOMINO MEO
CLEMENTISSIMO.

*SERENISSIME DVX
atque PRINCEPS,*

PATRIÆ PATER CLEMENTISSIME!



Nicum intempestivæ audacie crimen erit, quod me amoliri a me debere prævideo, cum tantos mihi Spirituum consocationem, rem per se jam formidolosis formidabilem vel suspectam consideranti, sumserim Spiritus, ut coram SERENITATE VESTRA hocce Patriæ meæ statu compaream. Ast vero quemadmodum satius duxi, quamcunque, si modo honeste fiat, arripuisse occasionem, subjectissima obsequia, debitissimamque testificandi obedientiam: ita nemo quoque, nisi quem impotens suo merito vexat, invidia, mihi succensebit, quod postquam ILLIS, quos VESTRA me SERENITAS revereri clementissime jussit, Studiorum meorum rationes semper reddiderim, tandem quoque Eorundem suasu, eousque fiduciae, summa tamen cum observantia progressus fuerim, ut & Summo Patriæ meæ Patri atq; EPISCOPO Studia mea academica per bina jam quinquennia comprobata, humili

millime

millime devotissimeque commendarem, simulque aliquam eorundem promotionem subjectissime exorarem. Hæc præcipua causa fuit, cur tale præterea argumentum elegerim, quod nec demorsos ungues redolere potuit, nec, quantum sciam, ab alio quopiam huc usque occupatum, sed quod ex misero nuperorum thesauripetarum dispendio, etiamnum per ora virum volitat, nec dum a quoquam Philosophorum curatum est. Quapropter spero, fore ut VESTRA SERENITAS pro inusitata erga suos cives clementia, hoc quicquid est speciminis, debitique obsequii, nuncii, Serenis dignetur oculis, & quendam ex infimis Subditorum Suorum tam pro VTRIVSQUE SERENITATIS perpetuo atque invidendo flore calidissimas preces fundentem, quam cum subjectissimis cognatis easdem continuantem, clementissime respiciat.

SERENITATIS VESTRÆ

Prescribebam in Musarum mearam
jam officina, JENA, Anno Partus
Virginei, 1716, d. 5. Jul.

subiectissimus Servus,
M. DAVID RICHTER.

CON-

CONSPECTVS TOTIVS OPERIS.
DISPV TATIONIS Imæ.

Præfameh.

TItuli Institutique occasionem aperit. §. I. docet Vocem Spiritus laborare homonymia, que §. II. eruitur pag. 7., indicato simul §. III. in quonam Spirituum genere versari velimus. p. 11. §. IV. Existentia & Essentia Spirituum probatur. p. 12. §. V. Plura de Spiritibus effutire, nec seculi nostri conditio, nec nostra de Spiritibus imperfecta scientia, patitur. p. 17. §. VI. Traditionem tamen heic non esse prorsus spernendam. ibid. §. VII. Cujus utilitas porro demonstratur, p. 21. donec §. IX. Eadem deperdita, non sine periculo quilibet suos affectus sequebatur. §. IX. Methodus totius Tractationis insinuat, pag. 23. itemque

DISPV TATIONE II.

§. X. Finis consociationis Spirituum PROXIMVS, p. 25. atque §. XI. REMOTVS seu Principalis, p. 28. §. XII. Thesaurum a bono Spiritu nobis revelatum, cum gāudio auferri posse, p. 30. §. XIII. Finis Conciliationis Spirituum OBJECTIVUS, p. 39. atque §. XIV. FORMALIS. Quer. Num conversationem cum bonis Spiritibus expetere reque ipsa querere possimus, p. 49.

DISPV TATIO III.

§. XV. SVBJECTVM hujus artis, Spiritus conciliandi, p. 57. § XVI. Recensentur MEDIA atque 1) Charæcteres, ubi sigillum Magicum simul explicatur, p. 65. §. XVII. 2) Imagines atque Pentacula. Diaboli fraudes afferuntur, pag. 74. §. XIX. 3) Conjuraciones, p. 76. §. XIX. De formalis Magie atque libris Magicis libenter egissimus! p. 82.

DISPV TATIO IV.

§. XX. Generalis seu Summaria totius hujus Artis repetitio, atque in eandem ēp̄ineatric, pag. 83.


DOMI-

DISPV TATIONVM MAGICO - THEVRGICARVM
DE
CONCILIATIONE
SPIRITVVM,
PRIMA
EXHIBENS
PRÆLIMINARIA GENERALIA,

QVAM
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIP E AC DOMINO,
DN. GVILIELMO HENRICO,
SAXONIÆ, JVLIACI, CLIVIÆ, MONTIVM,
WESTPHALIÆQUE DVCE, ETC. ETC.
BENEVOLO SVPERIORVM INDVLTV

IN ILLVSTRI SALANA

Numisma aureum
ad pag. 63.




SVB PRÆSIDIO

M. DAVIDIS RICHTERI, GÜSTROA - MECKLENB.

PVB LICE TVEBITVR AD D. JULII A. C. 10 CCXVI.

HENR. ANDR. MÄTCKE, Goslariensis.

JENÆ, APVD JOH. BERNH. HELLERVUM.





DOMINE REGE GRESSUS MEOS!

PRÆFAMEN

TITULI INSTITUTIQUE RATIONEM REDDENS

BENEVOLE LECTOR.



Erribilis horrisonusque meticuloſo vi-
debitur titulus præſentis diſputationis
e MAGIA atq; THEURGIA accersitus.
Quæ vocabula uti ſunt partim *famo-*
fiora atque ad debilitandam famam
fortunamque præſcindendam, ſiquidem
penes imperitos rerum ſumma
atque potestas ſemper ſtaret, ſatis va-
lida, partim *ignoriora*; ita nescio,
quem erga artes, quas illicitas (1) vocare ſolemus, amorem
persuadere poſſunt. Sed vero, quemadmodum, mihi hoc ho-
minum genus magis formidolofum quam formidabile vide-
tur, quorumque ignorantia pulvinar potius uti canibus ſubſter-
nendum quam subtrahendum judico; ita me quoque ſatis, cum
in verbis non minus quam in nummis honesta laudari affoleat
parsimonia, præfaminis quidem loco, dixiſſe arbitror: nequa-
quam hic commendatum iri beneficia aut commercia cum no-
civis spiritibus, quos Diabolos appellamus, quiue haud vo-
cati ſua ultro atque injuſſi operam videntur commodaturi.
Quin potius animus nobis ſedet inquirendi, quid de conciliatio-

A

no

ne ceterorum spirituum, (2) quæ etiam sine pacto cum nefando hu-
mani generis hoste suscipi solet, aliisque rebus cum eadem connexis,
sit statuendum? Causam, uti facile subodoraberis, huic disquisi-
tioni peperit, decantatissimus ille, quamvis perquam tragicus
trium virorum vel potius ter-miserorum homuncionum auri
sacra fame laborantium, casus, quem præteritis Natalitiis ne-
mo non Jenenium perterritus attonitusque heic pervidit. Ho-
rum autem TRAGOEDIA cum Superiorum autoritate, laudi-
bus profecto nunquam satis efferendo instituto, publicis exscri-
pta typis prostet, nolumus eandem hic altius repetere, potius
observamus I) contra dissimilatores felicissimi nostri Musarum
emporii: Weberum neutiquam pro Studio Jenensi esse ha-
bendum, cum neque Albo Dnn. Studiosorum se inferuerit,
neque Patres Academiæ, ejus causa quicquam suscepint, sed
Lipsiā potius huc advolasse atque Acephalorum ad instar deli-
tuisse. Dijudicetur itaque nunc ex socio, scil. Hans Friedrich
Gesner & Hans Zeller/ qui haud dignosci voluit ex i.e., nostræ-
que Hierosolymæ vicinis Samariis longe sanctiores habeantur.
II) Rogamus opposentes extraneos, qui judicii non sanctita-
tem aut maturitatem, sed salacitatem, judicandique petulantia-
m pro virtute habent, ne conjecturis non necessariis, suspicio-
nibus, atque effectis possibilitatibus, digitum Dei perquam hic
conspicuum extenuent aut plane pernegerent. Perpendant
quæsumus, Il. Vossii, quem pro viro judicosisimo quilibet ha-
bebit, prudentissimum effatum. (3) Non futilis tantum, sed &
stulta quoque illorum est existimanda presumptio, qui historiarum vel
levi, vel nulla omnino instructi peritia, judices nihilominus earum
se constituant rerum, quarum non ex arbitrio sed ex testimoniis exami-
ne & multiplici cognitione tota dependet veritas. III. Optaremus,
ne Magistratus publicus quasvis squillas aut plagulas a Relatio-
nifabris, Iudicis faciis aliisque scribillatoribus profectas promi-
scue

scue imprimendas aut decantandas concederent. Alias Sad-
ducēis haud succensere poterimus, si ex relationum diversitate
totum Dei judicium suggillent, aut ad minimum dubium red-
dant. Notum est, quantopere rem circumstantiæ varient. IV.
Censemus, defunctorum horrenda peccata, novis horrendiori-
bus peccatis haud esse cumulanda. Satis graviter, fateri debe-
mus, peccarunt, justissimoque se stiterunt tribunalī, sed quid
nostra interest, ut majorum eos peccatorum reos faciamus, gra-
vioribusque peccatis eos denigremus. Ignobile vindictæ ge-
nus mortuis & absentibus insultare. Ab honesti viri officio hoc
alienum censetur. V. Ipsemēt haud reticebo hallucinationes
meas, quod mitius de defunctorum salute nonnunquam sense-
rim, cum constantissima, præsertim erga S. R. Ministerium,
Weberi confessio hoc, ceu caput rei suæ tutata fuisset, se cum
malignis spiritibus rem ne quidem minimam habuisse, quin
potius puros putos Angelos, prævia SS. Trin. Invocatione, ali-
isque precibus sanctis petiisse, velint, si placaret, ad thesauri ab-
lationem operas suas commodare. Hinc prima disputationis
nostræ stamina nobis succreverunt, quod de solorum bonorum
spirituum conciliatione agendum nobis proponeremus. Cum
que, si Scepticorum principia rite debellare velis, ex ipsis Sce-
pticorum dubitationibus eos retundere debeas, periculum
quoque feci, numne ex propriis hujus artis magicæ regulis eos
malitiæ, mendaciorum atque gravissimorum peccatorum, v. g.
hypocricos, dissimulationis &c. convincerem. Bene de illis
sperabam, cum Angelum VERCHIELEM ceu bonum spiritum,
apud hujus artis Magistros invenirem, putabam non tam poena
criminali eos fuisse afficiendos, quam morali, qua sibi quisque
soli, damni loco reputet, quod contra regulas artis peccaverit.
Verum enim vero, cum posteriores me docerent dies, bonos
spiritus, non tam per invocationes Dei, quam incantationes fu-
isse

isse citatos seu evocatos, sed etiam I) Angelum quendam OG,
 quem ex damnatis spiritibus esse, Cabballistarum me docuerant
 Libri, fuisse adjuratum, innummis item II) thalerificis (Hecke,
 thaler) stolido ab iisdem operam fuisse navatam, omnem pro-
 tinus mutavi animum, altiusque, quantum per cetera exercitia
 academica mihi licuit, in totum hoc negotium inquisivi, ita ta-
 men, ut si conciliationem bonorum spirituum haud satis tutam
 esse demonstrarem, pugnam pugnatam judicarem de malo-
 rum spirituum conciliatione. Haud itaque tibi L. B. persua-
 deas, ac si totum Magiae stabulum me perlustrare oportuerit,
 aut quæ de stupendis Diabolorum phænomenis atque operati-
 onibus alias disputari solent, perlustraverim. Solos bonos
 deperimus spiritus, malis a tergo nostro ire jussis. Quamvis
 enim alicubi eosdem contemplati fuerimus, haud alio tamén
 casu hoc factum est, quam quo palatum splendidissimum au-
 lamque serenissimam inspecturus, loca etiam secreta abdita-
 que, satellites etiam cum veruversatricibus animadvertere so-
 jet. Nec te lateat B. L. præsentem foetum nostrum tribus ad
 minimum hebdomadibus citiorem in dias luminis auras pro-
 trusum fuisse atque protrudi debuisse. Tempori namque in-
 servitri hoc ingenuitati typographi libenter concedebamus,
 ut eundem his ipsis diebus typis subjiceret. Hæc causa est cur
 Jamblichum, Plotinum &c. adeo sollicite excutere haud potue-
 rimus, quod pariter varia tædiosa prohibuerunt impedimenta.
 VALE, studiisque nostris favet.

(1.) Fortassis quoniam harum scientiarum magis est abusus, quam u-
 sus, hinc forte dictæ sunt dæmoniacæ, & ab iis dæmonibus inventæ,
 ut non desiderentur & abominabiles fiant. POMPONATIVS de In-
 cantatt, p. 200. Operum. En plenam editionis, qua usus sum, ti-
 tulum: Petri Pomponatii Philosophi & Theologi doctrina & ingenio
 præstantissimi opera. 1.) de Incantationibus, 2.) Libris, de fato, Lib. ar-
 bitrio

bitrio, *Prædestinatione & Providentia Dei.* In quibus difficultima capita &
 questiones Theologica & Philosophica ex sana orthodoxa fidei doctrina ex-
 plicanur, & multis raris bistoriis passim illustrantur, per autorem qui se in
 omnibus canonice Scriptura Sanctorumque Doctorum judicio submittit.
 Cum grat. & priv. Cef. Majest. Basil. ex officina Henric-Petrina Ao. 1567.
 mens. Martho. Constant pagg. 1015. & plagulis 4. in 8. quas Index
 & Gvili. Gratarolæ Bergomatis, editoris & Pomponatii discipuli dedi-
 catio ad Fridericum Comitem Palatini Rhen. occupat. Stylus alicubi
 vehementer est philosophicus v. g. *Inintelligibile pro eo, quod*
concipi nequit, idea rerum fientarum (fiendarum) pro: producen-
darum, nihil inconvenit &c. Vitia Typographicæ nec multa, nec ta-
 men plane nulla invenies. (2.) Exempla consociationis Spirituum
 bonorum cum hominibus, admodum raro apud Scriptores occur-
 runt. Cujus causam præcipuam esse opinor quod tam pauci ad-
 modum homines sinceri animitusque botii sint. *Morus Antidot.*
 contra Atheismum Lib. 3. cap. 13. fol. 131. Tomo II. operum Philos.
 (3.) In respons. ad object. nuperæ Criticæ Saet. pag. 158. (4.) In illis
 namque hic cortex collocatur statim in numeratione secunda, ceu
 princeps, qui sua subdæmonia habet. Quod si vero concedemus
 multo recentiori Scriptori ARBATELI, scil. de Magia veterum Anno
 1686. per Andr. Luppium cum privilegiis in 4. plagg. 5. lingva germ.
 edito, per Angelum OCH unum ex Spiritibus Olympicis esse intelli-
 gendum, welche im Firmament und Gestirn des Firmaments woh-
 nen, und Glück und Unglück, wo es in der Welt und bey den Men-
 schen überall soll zugehen, administriren, so weit es Gott gefällig ic.
 hoc tamen nos exinde lucri capiemus, ut recentiore magiam ubi-
 que fere & semper proprio summa incertitudinis laqueo strangulare
 possimus. Nam I. OCH ab misericordiis Incantatoribus, Salomonis cla-
 viculam & Fausti, uti putatur, Infernum Ligatum seu Höllenzwang
 fecutis, tanquam Princeps Spirituum Solarium cuius regimen ad-
 huc dum duraret; ab Arbatele autem ipsius regimen, jam inde ab
 A. C. 1410. ad successorem suum HAGITH, qui 21. provinciis præst
 & pariter per 490. annos fata mundo dispensat, venditatur. Pag.
 15. & 15. hæc de suo OCH crepat Arbatel: OCH herrschet über 28.
 Provinzen, und verwaltet Olarische Sachen, Er längert das Leben

auf 600. Jahr mit guter Gesundheit, giebt und macht zu Freunden die herrlichsten und fürtrefflichsten Geister, lehret die Kunst der Arzneien vollkommenlich, verkehret alles zu reinem Golde und in Edelgesteine, giebt Geld und Goldes genug, und den Er seines Characters würdig achtet, der wird von den Königen und Fürsten der Welt hoch geehret und wehrt gehalten. Ihm sind unterworfen 36536. Legionen, regieret und ordnet alle Dinge, und Ihm dienen alle seine Geister nach Ordnung ihrer Centurien, quæ canora mendacia tristissimus exitus satis heic refutavit. II. Michaëlem, ex Trithemio, eumque alias approbante Agrippa atque Arbatele, hosque duos postiores saepius exscribente, (adeo ipsi cari fuerunt.) ROB. FLUDDO
 Oli fuisse præfectum, omniumque cæterorum consensu per 354. annos regimen administrare, venditari, nisi dixeris, Michaëlem in Lingua Olympica per OCH effterri. Taceo III. Spiritum NATHAEL seu potius NACHIEL Hebr. נָחִיל pro summa Olis intelligentia, non pro inferiori quodam Sub-Angelo esse habendum. Vide, vel potius ne videoas, occultandam AGRIPPÆ Philosophiam Lib. 2. cap. 22. pag.
 247. Prodiit nostra editio Lugduni apud Godefridum & Marcellum (fictios) Beringos, fratres 1550. in 8. IV. Liber Arbætel multis nominibus, non obstante quod Rob. Fluddus in Clavi Philos. & Alchym. Fluddanæ a. 1633. Frfti. in fol. edit. fol. 9. illum sapientem verum, qui falso pro acomago habeatur, veneratus fuerit, mihi est suspectus. Pluribus de eodem aliisque hujus furfuris scriptis alibi judicaturus, præmoneo, venenum quo majorem præ se fert sacchari albedinem, et quoque haberi solere magis noxiun.

TRACTATIO.

§. I.

Cum omnis nostra scientia ita comparata sit, ut a determinata (1) verborum significatione, primisque principiis progrediamur ad distinctiorem ipsius rei considerationem; hoc eo magis nobis observandum erit, quo certius est, ipsam rerum intelligentiam non modo a verborum dependere intellectu (2), sed & vocabulum SPIRITUS, præcipuum disputationis nostræ momentum ἐκ τοῖς πολλαχῶς λεγομένοις probabile.

esse. Quod uti per se nihil significat, nihilque certi & distincti menti representat (3). Ita nos quoque per quam cautos esse debere admonet, ne in voce per se jam ambigua atque admodum obscura inopinato decipiamur, ipsiusque rei sic difficultatem adaugeamus.

(1) Vid. *Niottus de demonstrat.* Lib. 2. cap. 2. (2) *Recte ratiocinandi* fundamentum positum est in significatione vocabulorum, inquit *Hobbes Leviath.* cap. 34 p. m. 382, conf. *Aristoteles Lib. XI. Metaphys.* cap. 5. tot. (3) *Scaliger de Causs.* L. L. Lib. 3. p. 104.

§. II.

Rem, fateor, infiniti laboris atque tædii, qui ipsam defatigare posset patientiam, susciperem, si omnes (1) vocum οντος (2) ψευδης (3) &c. πνευμα (4) ψυχη (5) &c. spiritus &c. hic trutinados ducerem valores. Taceo, nec argumenti nostri rationem inde clariorem fieri, nec adeo magnam hujus laboris suscipiendo hic pvideri utilitatem & necessitatem. Svaviter ergo hic aliorum curis αμέριμνοι indormientes, triplicem præcipue studiose annotamus vocis SPIRITVS acceptancem. Etenim I., in sensu philosophico rigidiori & accuratori, quatenus essentiale discrimen (6) inter substantiam extensam, quam corpus seu materiam appellares, & inter substantiam cogitantem (7) & incorpoream constituit, primario atque propriissime de Deo (8) tum (9) spiritibus creatis, dæmones (10) & anima dictis, usurpat. Id quod non solum satis sufficienter ex Lumine Naturæ (11) ipsaque cogitationum conditione (12) nostri que met ipsius experientia (13) & conscientia probari, sed etiam ex revelatione omnium clarissima demonstrari potest. II. Tribuitur Vox Spiritus rebus ob summam subtilitatem, omnem, imo ipsum quoque armatum effugientibus visum, quæ tamen tam ratione ortus sui, quam interitus ratione, materiales esse, sat abunde sagaciores Naturæ scrutatores testantur. Sic succum nobiliorem halitumque generosiorem appellamus spiritus animales (14), spiri-

spiritus vini, semenque dicere solemus animatum, uti hoc pluribus a pharmacopolarum pueris recenseri posset, cum nemo tamen, nisi qui mentem nostram pro ludibrio habet, creder, spiritus, uti priori modo significabant, ex materia posse, tanquam nobiliores effectus, prodire (15). Denique III. Tribuitur rebus extracontroversiam corporeis seu extensis. Sic ventus, qui in nihil aliud est (16) nisi aer, undarum more commotus, saepissime in sacris literis vocatur πνεῦμα, Πν, ut amentem vel πνεῦμα ζώταρχον eundem habeamus, qui hisce rebus intellectum & voluntatem, praecipuas spirituum affectiones tribuat.

(1) Hac tamen tardia devorarunt præter Lexicographos præstantiores atque claves, Thesauros, Bibliothecas &c. biblicas Cel. Clericus in Art. Critic. Part. 2. sect. 2. cap. 5. §. 16. p. m. 185. & seqq. edit. Lips. Glaffius Philol. S. Libro 5. Tr. 1. cap. 1. p. m. 1427. Hobbes. Leviathan. part. 3. cap. 34. de quo tamen notandum, quod ipsi idola cerebri seu phantasmata tanquam accidentia organorum sentiendi & spiritus sint eadem, quamvis pag. 184. asserat: quod quamvis Angeli sint, suas tamen habere dimensiones, & siquidem finiti sint, locum implere & movere posse, sed non esse incorporeos, i. e. non esse eos nullibi (quod est contra Cartes.) nec cum NB. videantur esse aliquid, sunt nihil. Refutavit eum prolixè H. Morus Tractat. de Immortalit. animæ Lib. cap. 9. seqq. Tom. 2. Opp. Philol. fol. 3ii. seqq. (2) Cujus Homonymiam congesserunt præter Damasc. de O. F. lib. 1. c. 18. circa fin. R. Maimonidem in suo פָּרוֹת Lib. 1. c. 40. Chemnitius in Loci, L. de Spir. S. Lud. Capellus in dispp. Salmuriens. Tom. 1. p. 168. Cell. Aut. der unsch. Nachr. 1703. p. 738. item Maledictus spinosusque Autor Tract. Theol. Politic. cap. 1. p. 7. seqq. contra quem autem vid. Regnerus à Mansveld in pec. opere posth. contra hunc tract. Amstelod. A. 74. edito cap. 6. §. 17. seqq. p. 73. (3) vid. Maimon. l.c. cap. seqq. Calovius (ceterique Comment. & Interpret.) in Gen. p. 255. aliquie, apud B. Pfeifferum in Dub. V. p. 571. collato H. Mullero in Semicentur. I. quæst. Theolog. p. 38. citati, item Glaffius Philol. S. L. 5. Tr. 1. c. 5. p. m. 1509. coll. p. 1926. Slevogtius dispp. academic. p. 1029. seqq.

sqq. Nicolai de Sepulcr. Hebr. Lib. 1. cap. 4. §. 5. sqq. aliosque plures
 Aut. magno numero ab eodem Lib. 4. c. 3. p. 23. citatos. Præcipue
 autem Merentissimi Autores der unsch. Nachr. 1710. p. 910. sqq. Conf.
 not. 5. hujus §. (4) Conf. præter Commentatt. & dispp. ad Act.
 23. 8. 1. Petr. 3. 18. Joh. 3. 8. &c. *Voetium* in dispp. select. Part. 2. p.
 1105. *Aretii* problem. Theol. Loco 4. *Dorschæum* disp. de Spiritu, a-
 qua, & sangvine §. 14. p. m. 26. sqq. *Vorßium* in Philol. Sacr. c. 2.
Gatakerum in de stylo N. T. cap. 5. p. m. 55. edit. Lodin. 1648. & quæ
 in dispp. contra *Dodwellum* de differentia inter ψυχὴν & πνεῦμα fuc-
 re prolata. (5) vid. S. R. Deyling. obs. Sacr. Part. 2. obs. 3. §. 19.
 sq. Glaffius l. c. cap. 5. p. m. 1509. *Pfeil Clavis Theologiae* p. m. 216.
Gatakerus l. c. cap. 10. toto, p. 102. Conf. not. 3. hujus §. (6) Suos
 hic patitur manes Jo. Schulerus in Exam. Philos. Cartes. quando cap.
 4. p. 8. sqq. & append. ad cap. 6. p. 20. sqq. ex artepta τῆς extensura
 esse & equivocatione Cartesium Princ. Philos. part. 2. §. 4. *Claubergi-*
 umque ludificat. Hos namque se risui expōnere putat, si homines bre-
 vioris in primis staturæ extensos viros appellaverint, &c. quamvis co-
 dementiæ haud fuerit prolapsus, ut materiam cogitare posse afferue-
 rit, uti multi hodie id nobis persuadere volunt. vid. not. 11. §. 4ti.
 Subtilioris indaginis erit cum incomparabili profecto Philosopho
 H. Moro immobile aliquod extensem præter materiam afferere, vid.
 §. 4. circa fin. (7) Ipsemet Aristoteles, si adhuc in vivis esset, *Carte-*
 sio gratias acturus esset, quod adeo brevem, eamque affirmativam
 Spiritus definitionem, præ negativa Scholasticorum, post tot specu-
 lationes superatas, tandem eruerit. Illam namque hac longe perfe-
 ctioriem esse pulchre docet Lib. 1. *Analytic.* Pöster. c. 22. (8) vid.
Cartes. Princ. Philos. part. 1. §. 23. & §. 51. sqq. Ejusque sequacem
Malebranchium, *Cartesio* si non superiorum, tamen parem. Lib. 3 part.
 2. cap. 9. p. m. 228. de Inquirend. verit. edit. Genev. 1691. in 4to
 maj. (9) Conf. Jo. Schulerus in Exercit. ad Princ. Philos. Cartes.
 Part. 1. quæst. 45. & in Philos. Nova Lib. 4. qu. 6. p. 245. qui vero
 plane in æqualitatem seu NB. diversitatem mentium nobis persuade-
 re conatur, qui tamen aliquo modo ex *Malebranchio* l. c. corrigi
 potest. Conf. insuper & Cel. *Clericus Logic.* P. 2. c. 2. §. 8. & pas-
 sim. (10) Etymologicæ scil. summis. Alias enim apud Christianos

plerumque, quam accurate, nunc non disquiram, dæmones cum spiritibus malis reciprocantur, vid. Bodinus Lib. I. c. I. p. m. 2. sqq., qui tamen inscius sibi ipsi p. m. 12. respondere debuit. (11) Vid. hic profundissimarum speculationum Philosophum H. Morum in Ench. Metaphys. & Dialogis Div. passim. Quæ enim heic sibi dubia movit Jo. Schülerus in Exercitatt. Philos. Lib. 2. quæst. L. p. 203. sqq. nauci sunt. (12) Quam declarat & dilucidat Cartesius in suis responsionibus passim & recentissime Malebranche l. c. lib. 3. c. I. p. m. 178. (13) Haec præcipue & bene utsit Cartesius Princ. Philos. part. I. §. 8. quem locum frustra profecto vellicat Jo. Schülerus in Exercitatt. qu. 7. p. 8. sqq. quamvis negare nequeam ea, quæ a Cartesio l. c. §. 53. liberalius & quo, forsan præter intentionem, (vid. enim ejus Respons. tertias p. m. 93. Quartas, p. 120. Notas ad progr. Belgicum sub init. & per pulcram delicatissimamque appendicem, quæ continet objectiones 5tam & 7mam,) quia totus in eo est, ut suam nobis ideam, quo pollebat ingenio fictrice, clare atq; distin&te exprimeret, fuere prolatæ justissime & summa, quæ hunc Philosophum semper commendat modestia, sub censuram fuisse vocata, quæst. 49. & sqq. p. 65. sqq. vide Ejusdem Philos. Novam Lib. I. Exercitatione I. p. 3. sq. atque conf. Cartesii meditatio 6ta p. m. 436. sqq. Cum Cartesio, quod mireris etiam facit, ulteriusque progrediuntur Poiretus. Cogitatt. rational. lib. 2. cap. 3. §. 3. sqq. atque maxime genuinus Cartesii pullus Malebranche l. c. Lib. 3. part. 2. cap. 6. p. m. 2 6. sqq. & passim. Eos tamen ab hac experientia libens eximo, qui animam se habere testantur mere mechanicam, que, sicuti molendinum operatione sua Bradem renderum multis gradibus superat, multis etiam passibus longe sit subtilior quibusvis aliis machinis, quorsum refero Stoschium, seu quicunque de. munum Autor fuerit: Concordia rationis & fidei, ap. unsch. Nachr. 1707. p. 159. sqq. recens. item Spinozam in Opp. Posthum. p. 384. Contra quos autem conf. S. R. Læsch. Prænot. Theolog. p. 308. sqq. edit. in 8vo. & Autores ad §. 4. not. II. citt. (14) vid. Cartes. de Pass. animaliæ, P. I. artic. 10. p. m. 14. sqq. & p. 48. &c. Ej. Tractat. de Homine §. 9. sqq. p. m. 13. Malebranche de Inquir. veritate, lib. 2. cap. 2. sqq. p. m. 87. sqq. (15) vid. not. II. §. 4. (16) juxta Cartes. de Meteoris cap. 4. p. m. 173. edit. Amst. 1664. in 4. quem vero pro more suo hic

hic exāminat & refutat *Morus* in Enchir. Metaphys. cap. 22. fol. 28r.
 Tom. I. Opp. Philos. *Cartesium* secutus tamen est præter innumeros
Bernb. Varenius in geogr. generali Lib. 1. c. 13. propos. 10. p. m. 441.
 & sqq. Nam ridiculam *Paracelsi* de Meteor. cap. 5. opinionem:
 Stellas esse quasi phialas sive cucurbitas in quibus Sal meteoricum
 sulphurque ac Mercurius continetur; ventosque, qui ex his fiunt per
 æthereos Vulcanos ex his emunctoriis efflari, ut quando quis ore
 suo halitus reddit respirative, nemini, nisi qui deliram pictoris phan-
 tasiam pro veritatis physicæ principio exosculatur, se probaturum
 confido. Conf. interim Cel. *Buddei* Elem. Philos. Eclect. Tom. 2.
 part. 3. c. 3. §. 24. p. 211. ipsumque *Michælem* loco sæp. citando p.
 396. 404. atque FLVDDVM ad §. 13. dispp. nostrarum citandum.
 (17) Conf. *Glaßii* Phil. S. Lib. 1. Tract. 1. cap. 10 p. m. 1693. atque Aut.
 ad not. 1. citt. Huc ex communi hypothesi referrem Illustrem
 Aut. qui circa Essentiam Spiritus in Philos. theoretica vires pericli-
 tari, revera *H. Morum* (vid. §. 4. circa fin.) imitari voluit, item *Dippe-
 lium*.

§. III.

Nos, ut nunc appareat, in quorumnam spirituum genere
 operam nostram collocatur simus, breviter dicimus. Nos
 h. l. præcipue circa prius spirituum genus, quale in pnevmato-
 logicis considerari solet, & in specie quidem circa creatos, ge-
 nerali nomine dæmones aut angeli dictos, versatuos. Nam,
 quod alterum spirituum genus licite nonnunquam atque satis
 feliciter nonsolum concilietur, sed & quotiescumque libuerit,
 concitari possit, adeo cara nobis vitis (1), ut de præstantioribus
 & confortantioribus sileam, nos edocet, sanitasque testatur, &
 judicia publica norunt. Sic & spiritus posteriores, ventum
 v. g. aërem &c. rite atque sine suspicione arcanioris scientiæ, aut
 occultarum, quæ Patrum memoria regnabant, qualitatum, con-
 ciliari, imo, quoties volueris, augeri diminuive posse, com-
 monstrant nobis, ipsosque sensus convincunt Æolypila (2),
 bombarda pneumatica, antlia Gerkiana, atque infinita alia,

B 2

adeo,

adeo, ut breviter hodie cum Aristotele dicamus: Admiratio*nis*
horum dictorum matrem esse ignorantiam (3).

(1) Conf. Arist problem. Sect. 30 qu. 1. & si vis sect. 3. qu. 18. sqq.
Cartesium de Pass. animæ & Tract. de homine passim. Malebranche
I. c. lib. 2. c. 1. §. 3. p. 82. f. Morus disp. de natura, cauſſ. generibus &
curatione Enthusiasmi sect. 7. fol. 190. T. 2. Opp. Philosoph. (2) vid.
Cartes. not. 16. S. præced. (3) συνειδότες γαρ ἐαυτοῖς ἀγνοῶν, τὰς
μέγα τι καὶ ὑπερ ἀντάξι λέγοντας, Θαυμάζοσιν. Lib. I. de Mori-
bus cap. 2. h. e. crassius atque imbecillius ingenium propius accedit ad
rudis plebecula vel superstitionem, vel stupiditatem, qua facilius admira-
tur consernaturque animo, quam in veram cuiusvis rei difficultis ratio-
nem ac notitiam penetrant. MORVS Ench. Metaphyl. c. 28. fol.
317. Tomo I. Opp. Philos. Conf. etiam Malebranche Lib. 5. c. 7. & sq.
p. 344. sqq. prolixiss.

§. IV.

Ut Pneumatologi ergo, Spiritus accuratiōri sensu acceptos,
eosque creatos & à nobis separatos per vestigabimus. Nam quod
summus Spirituum Pater nostris citationibus haud subjaceat,
iisdemque ex pacto quasi absolute, se haud adstringat, nec id fa-
cere possit, nemo nisi qui σιδηρόξυλον concipere potest, statuet,
quemque adeo commiseratione potius quam fustigatione,
cæteris tamen paribus, dignum censemus. Horum autem spi-
rituum EXISTENTIA, uti non solum ex Lum. Naturæ suo mo-
do colligitur (1), ita etiam, cum constans unanimisque omni-
um fere morationum, quique justum sapientiæ pretium statue-
re didicerunt, populorum accesserit traditio (2) propriaque ex-
perientia (3), nescio an satis juste de eadem ambigamus (4).
Quibus omnibus, si apud Christianos addideris Scripturam S.
quæ hisce cunctis prævalet, (vid. Leydekeri Fax verit. Loc. I. con-
trov. IV. p. 15. sqq.) convictionem, imo demonstrationem quavis
mathematica rigidiorem me attulisse, recte gloriari potero (5).
ESSENTIAM autem eorum quod attinet, licet adeo adæquate
&

& accurate (6) perscrutari & concipere haud possimus, quæ sunt eheu mentis nostræ tenebræ, morbi & imperfectiones (7)! ut adeo istud Philosophorum genus meritò nimium (8) dixisse, ideoque improbandum, censeamus, quod essentiam Spirituum totam, in mera cogitatione (9) constituit; tamen si ex esse. Etu & actionibus, firmus certusque ad ipsam causam & suppositum datur regressus & collectio, hæc, quæ ex concessis præsuppositis pronissime atque sine operosa violentia eliquatur, verissime prodibit, summa. *Hasce substantias tanto perfectiores esse debere & agiliores quævis materia, quanto hac vel est inferior incapaciorque, quæcumque etiam fuerit, & quarumcunque etiam statuatur particularum vel ad tantillum cognitionis, activitatisque ex semet ipsa producendum (10).* Magis namque mesic tutum fore deprehendo, atque incorruptæ Theologiae Studiosum esse demonstravero, si has adæquatas spiritus corporis oppositiones (11) admisero, quam si cum HENRICO MORO pientissimæ alias vitæ Philosopho, extensum aliquod immobile præter materiam, statuminavero, Spiritibus que spissitudinem aliquam essentiale, quæ tamen indiscernibilis statueretur, attribuero. Hæc enim omnia vel coactus admitterem, modo non I. Spiritum aliquem naturæ seu Hylarchicum illud principium, ipsumque etiam Spinismum & Hobbesianismum, et si præter mentem inculpatissimi, optimique Mori, aliaque incommoda minitarentur. II. Præter Corpus & Spiritum, substantia aliqua adhuc intermedia, tortue Philosophorum orbi inaudita, desperato prorsus modo, licet non absurdè (12), assumenda esset. Invicti namque hodienum censemur roboris dilemma: Hoc extenū aut esse corpus aut spiritum (13), utriusque ergo qualitates etiam possidebit. Quæ vero opinionum divertia atque pugnæ, uti ab aliis jam sat feliciter sunt depugnata, ita etiam quoad hoc momentum cum lau-

de supersedere possumus prolixiori inquisitione, cetera confli-
ctui ipsi reservantes.

(1) Simpliciter id affirmatur in oraculis Zoroastri adscriptis v. 295.
 Conf. Stanlei in Hist. Philos. Part. 13 pag. 1127. a. De Dæmonibus (vid.
 not. 10. §. præc.) inquit Plato apud Bodinum p. 3. dicere, & eorum
 nosse originem, majus est quam ut a nobis præstari possit. Si vero
 dæmonis voc. pro cacodæmone usurpare velis, tunc Cel. Hect. Go-
 dofr. Mafii, Mecklenb. disput. de Existentia dæmonis, quatenus e
 Lum. Naturæ innotescit, consule, quæ appareat in fine Ejusdem Anti-
 quitatum Meeklenburgensium. (2) In probanda spirituum existen-
 tia, nullas rationes in medium proferrem, quas aut Sacerdotis aværitia
 aut credula impotensque imaginatio hominum melancholicorum reddi-
 derit suspectas. Sapientissimum est eloquium H. Mori in Antidoto
 adversus Atheismum præfat. §. 9. f. 25. Tom. 2. Opp. Philos. quod
 illi sibi notent, qui potius historiolis undique convasatis, quam
 rationibus Pneumaticam defendere, revera autem lacerare atque de-
 turpare assolent. (3) Apparitiones præcipue indigo, quas qui
 impugnare audet, habet quibus dentes suos infigit scilicet Nic. Re-
 migium, in Ejus Libris 3. Dæmonolatriæ, ex judiciis capitalibus 900.
 hominum, qui fortilegii crimen intra 15. annos in Lotharingia ca-
 pite luerunt, collectis. Lugd. 1595. in 4. majori edit. item periculum
 faciat, si vir sit, contra Morum, Antidot. adv. Atheismum Libro 3.
 passim. (4) Pulcre hanc in rem Bodinus L. 1. c. 1. p. m. 2. edit. Ba-
 sil. 1581. in 4. maj. Pomponatius de Incantatt. cap. 9. toto, quamvis
 ea, quæ cap. 10. p. 131. 139. 198. responsionum quasi loco profert fi-
 nem totius libri aperiant, atque inde summe detestanda sint. In va-
 num ergo, inquit, inter alia, ponuntur tales spiritus (cacodæmones,)
 quandoquidem & ipse intelligentie tales operationes exercere NB. pos-
 sent, quales & tales spiritus possunt. Sed quid de blasphemias
 obfessorum statuendum? Certe ut unicum suum Stagitem defen-
 dat, ita lunatice philosophatur. Nam nihilo secius capite statim 1.
 sub init. & p. 157. Spiritus malos statuere debet. Quid? nec apud
 Aristotelem hominum animæ sunt apud inferos, ibid. c. 10. p. 161.
 quis adeo coecum ergo ducem in religionis præjudicium sequere-
 tur?

tur? Conf. hanc in rem Malebranche l. c. lib. 2. part. 2. cap. 6. fqq.

- (5) Misere profecto atque perquam scabiose Hobbes Leviathan part. 3. cap. 45. p. 305. sqq. spirituum existentiam impugnat, sua forsan ex Pomponati l. c. cap. 10. p. 166. 108. 180. afflicctus. Et quamvis Hobbes ulterius progressus fuerit, negari tamen nequit, Diabolos ad mentem Pomponatii, PLATONEM, divinum vulgo Philosophum! etiam pro se allegantis, merum ruditis plebeculae terriculamentum esse. Vid. Pompon. l. c. cap. 10. p. 198. 202. Putat præterea p. 203. si hæc sententia publice divulgaretur, fore ut & Respubl. auferrentur, *& sacerdotes in nibilum verterentur, quorum autem semper maxima fuisset potentia.* Quare etiam cum Philosophi semper suspecti fuerint de religione, ut Plato in Apologet. refert, ideo eos aut in odium aut in derisionem semper fuisse habitos, quam in rem prolixe postea in sqq. differit. (6) operosus tamen sudat in eadem exascienda profundissimarum meditationum Philosophus H. Morus in Enchir. Metaphysico c. 1. in scholiis f. 669. Tom. 1. Opp. Philos. & in Antidot. adv. Ath. L. 2. cap. 4. sect. 3. fol. 32. Tom. 2. alibique passim. Demiratus eorum hominum *sive superstitionem animi confectionem, sive profanitatem ingenii, ac innatam arebus divinis contemplandis aversationem, qui, si forte quempiam audiverint profidentem, se satis clare & distincte Spiritus naturam concipere, eamque notitiam aliis communica-ri posse, exhorreant flatim ad id dictum & obstupescant, hominemque intollerande levitatis aut arrogantiæ continuo insimulent,* utpote qui putant, cum tantum sibi assumere & polliceri aliis, quantum nulla mens humana quantacunque scientia instruet, unquam posset praestare &c.
- (7) Pulcre hanc in rem R. Moses Ægyptius l. c. Lib. 1. cap. 31. Malebranche l. c. lib. 3. Part. 1. cap. 2. p. 184. sqq. Basnage dans l' Histoire du Noveaux Testam. præfat. A. 1. b. (8) Commendamus hic præcipue unicum Leydekerum in face verit. Loco 3tio controv. 7. p. 125. sqq. & Loco 7. contr. 1. p. 301. sqq. & contr. 6. p. 330. sqq. Ceteros Scriptores ex utraque parte sedulo allegat desideratissimus meritissimusq; de nostris studiis, Praeceptor, B. Grapius, in Theol. rec. contr. p. 130. & in Contin. p. 69. ex quibus tamen omnibus, cur Anti-Cartesianorum vehementissimus Gisb. Voeius dispp. select. Tom. 1. p. 815. sqq. exciderit, nescio. (9) ita Cartesiani plerique, si non omnes, vid. vel uni-

unicum Malebranchium l. c. lib. 3. c. 1. p. 178. De Cartesio nostram sententiam patefecimus ad not. 13. §. 2. (10) Nihilominus tamen ii, qui se cautores cæteris esse, persuadere nobis volunt, h.e. nodum etiam in scirpo quærunt & inveniunt, asserunt; non prorsus materia repugnare, quo minus cogitet, h. e. mens sit, præcipuasque spirituum perfectiones possideat; ita statuunt Dickinson Physic, Vet. & Nov. Hobbesius in Elem. Philos. Coward, libris quibus titulus: A vindication of reason and religion & The just. Scrutiny. D. Maubec. ap. Cell. Autt. der unsch. Nachr. 1709. p. 311. quos vero egregie juxta Ephemerides Literarias annorum 1703. sqq. refutasse dicuntur William Asheton libro cui tit. A vindication of the immortality of the Soul. Sam. Clark. demonstration of God &c. Mons. Menard doctrine de l' Ecriture sur la nature de l' ame & son état apres le mort. Lond. 1703. in 8. edit. de la Touche Boesnier præservativ contre l' irreligiosité Hag. 1707. 12. Joseph Raphson demonstrat, de Deo Lond. 1710. & Broughton in sua Psychologia, ex quibus, licet non omnibus, quædam excerptit Vir S. R. Deyling. Obs. Sacr. P. 2. Nos cum huc usque eosdem haud ipsimet inspexerimus, securiores pro nostra sententia allegabimus & commendabimus Excellentiss. H. Morum, qui hæc absurdæ fortissime profligavit & conculcavit in Enchirid. Metaph. capp. 12. & 15. f. 269. sqq. cap. 27. f. 308. sqq. Dialog. divin. sect. 29. &c. fol. 667. item in Censura Philosoph. Teutonicæ quæst. 2. sect. 2. f. 540. & in duarum præcipuarum Atheismi Spinoziani columnarum subversione fol. 616. sqq. in Antidoto c. Ath. L. 1. c. II. L. 2. cap. 1. f. 53. de immortalitate animæ lib. 2. Tom. 2. Opp. Phil. Tantum interim NB. de essentia spirituum nobis constare, velit, nolit, aliquis concedat, ut inde, ceteris etiam recte se habentibus, cum H. Moro Spinozismum proterere possimus. Vid. Celeberr. Buddæi Elem. Philos. Theor. Part. 6. cap. 1. §. 8. & 19. coll. c. 5. §. 12. (11) Sæpius laudatum H. Morum hic des. rimus, Enchir. Metaphysic. cap. 6. f. 128. & alibi; Quamvis tot dura atque ferrea ex nostra sententia elici posse putet, ut Struthiocameli oesophagum & ventriculum habere oporteat, qui talia deglutire posset & concoquere. Scil. Evenit huic Philosopho, quod Virginibus, mulierculisque delicioribus sæpius obtингere solet, ut suos nempe foetus atq; imaginationes, ceteris

ceteris omnibus esse ornatiores & feliciores, sibi tacite persuadeant.
 (12) uti ostendit Malebranche de Inquir. Verit. lib. 3. part. 2. cap. 9.
 p. 226. sqq. qui tamen quoad caput rei, a Moro est in hypothesisibus di-
 versissimus. Malebranchium excerptissime videtur Clericus Logic.
 Part. 1. cap. 7. & 8. conf. tamen Ejusdem quoque Ontologiam cap.
 18. T. 1. Opp. Philos. item LOCKIVS de J. H. L. 2. c. 22. & alibi pas-
 sim. (13) Non parvus interim, nec contemptibilis est illorum Philo-
 sophorum numerus, qui Spiritus quosdam extensos statuunt.

§. V.

Res majoris difficultatis, altiorisque, quamvis Iubrica,
 censebitur indaginis, diversa harum substantiarum genera, di-
 finctasque earundem perrimari classes, quod uti in se & ob
 adeo parcam mutilamque, quam de Spiritibus possidemus
 notitiam, videri posset impossibile: cum sapientis potius vi-
 ri censeatur, non tantum ea, quae sciri possunt, scire, sed etiam
 ea, quae sciri non possunt, discernere atque discriminare (1); ita
 etiam re vera est plena periculi, cum sibili fistulæque χαρο-
 νάνων metuendi sint ei, qui trito tramite relicto, plus ultra,
 novam, licet adhuc dum imperviam, perlustrare viam audet,
 ex improviso autem aberrat. Reipsa autem, nonne utilius,
 imo jucundius foret, ingenio suo uti, illudque ad veritatis indaga-
 tionem informare & asserere, quam illud corruptioni, quae ex
 otio contrahitur, permettere, ut sit cum rebus jam concoctis & ex-
 peditis duntaxat incumbit? Malebranche 1. c. Lib. 2. Part. 1. c.
 I. p. m. 80.

(1) juxta ingeniosiss. BVRNETVM in Archæol. Philos. p. 377.
 Huc etiam tertia curiositatis lex faceret a Malebranchio Lib. 4.
 cap. 3. p. 255. proposita, & cap. 4. p. 260. sqq. explicata.

§. VI.

Domatis itaque ex schola, & si verum fateri velis, re-
 centiori, adsumptis præjudiciis, sedatisque animi affectibus ita

C

de

de diversis Spirituum generibus philosophemur, ut rationem
 ducem magni habeamus & sequamur, ubi vero eadem tacet,
 traditionem, in ipsa etiam Philosophia audiamus, examine-
 mus, eandemque nisi ratio, aut Script. S., quæ alias ad defe-
 ctus luminis naturalis supplendos benignissime data fuit,
 contradixerint, admittamus (1). Cur enim ita vesane &
 pertinaciter veritati insultaremus, ut earum rerum, quarum
 τὸ ὄτι nobis constat, τὸ διότι autem pervestigari a nobis ne-
 quit, fidem faceremus dubiam? Jam eadem ratio sibi soli re-
 licta, nihil fere de diversis spirituum ordinibus (2) demon-
 strabit, cum jam in eo, si experientiam secluseris, cespitet,
 sitne aliud dæmonum, præter mentem nostram, genus (3).
 Ad reliquos igitur veritatis indagandæ fontes recurramus, ne-
 cessse est. Scripturam S. quin præponamus, nec erit p. t.
 licitum, cum cathedram philosophicam ascenderimus, nec
 adeo absolute necessarium, cum alter adhuc Philosophiæ sur-
 culus & quasi-principium, traditio scil. nobis pateat. Sicuti
 namque is præcipitanter nimis operatus diceretur, qui cum
 squalidis secundinis, ipsum projiceret infantem, ita quoque
 hic nimium delicatulus, viriumque rationis suæ inexpertus
 haberetur, qui traditionem omnem, prorsus repudiandam
 dictatore quasi suaderet, nulla scil. ex alia ratione, quam
 quod squalidis commentis, novisque additamentis nonnun-
 quam involuta & interpolata, incautum Davum deceperit.
 Certe, puerum in historia Philosophica non Virum, haberem,
 qui defendendum susciperet, omnia Philosophorum dogma-
 ta, eaque verissima, ex solo rationis usu aut profluxisse, aut
 ex eadem derivari posse (4). Quid Sadducæos ad Epicurei-
 smum promovit, negatamque resurrectionem mortuorum &
 Spirituum, Angelorum &c. existentiam, quam inconsulto, con-
 tra quasvis, etiam nondum examinatas traditiones, Zelus (5).

Imo

Imo ipsumet Käfræi & Philosophi Mosaici, quos honorifico Bibliarum nomine merito condecorares, aliique, ex hoc uno capite Viris, citra controversiam in hac arena exercitatisimis, non sine ratione vapulant, quod etiam in rebus, vel quæ rationem plane nostram transcendunt, vel de quibus Scriptura haud adeo clare pronunciavit, traditionem absolute rejecerint. Imo vero L. B. colligas animum tuum atque perpendas, quot & quam præclaris temetipsum spoliis prives, si omne cum scoriis aurum imprudenter & vesane projeceris. Nonne Loriano-Knorriana arbor Cabbalistica, elegantissimum tibi, noti apud antiquiores Judæos Trinitatis mysterii, suppeditat argumentum (6)? Nonne ex eo, quod gentiles vitam, mortemque æternas agnoverint, solum item præterea omnis mali in se deprehenderint, recte eos justissimæ condemnationis æternæ, ipsorummet culpa & ignavia omnino damnabili, sibi accersitæ, convinces atque validissime redargues? Nunquam autem cum peritiori Ethnico seu Naturalista feliciter de summis hisce capitibus congregieris, nisi eadem ut jam nota (ex sola autem traditione illis innovuerunt) supposueris. Quin imo ad metam propiores vehamur, unde Chaldæorum cæterorumque Orientis populorum distincta de spiritibus bonis, noxiis, συνδέσμοις, faunis &c. variisque eorundem, etiam quoad ipsam essentiam diversis classibus, ordinibusque notitia, rationi tamen impervia, nisi ex antiquissima Hebræorum Philosophia? unde apud recentiores Magos, plebejosque, horum spirituum abusus, nisi ex incuria sollicite asservandarum traditionum? Taceo ob chartæ præfixos terminos, quamplurima alia ex sola ratione imperscrutabilia.

(1) Conf. hic pro nobis Cell. Aut. der unsch. Nachr. 1702. am 38.
Octag. Num. 3. §. 3. 4. & ἐπάρν G. J. Vossius de Sectis Philos.

cap. 17. § 8. (2) Facerent hoc ea, quæ Petr. Pomponatius de Incantatt. circa finem cap. ult. protulit. (3) Hinc prolixo quoque Pompon. l. c. cap. 10. amore suo & observantia, quam a teneris etiam annis erga Aristotelem habuit impulsus, saltem ut suam in eundem observantium & charitatem monstraret, disquiit, cur Aristoteles, quod mirum & nonstrosum videri poterat, tantum Philosophum, qualem omnes nationes uno ore Aristotelem fuisse consenserunt, (cap. 9. p. 107.) Daemonas & Angelos ignoraverit. Quæcunque enim de intelligentiis, orbium motoribus, in Libris Metaphys. & Physic. protulit, & pauca, & imperfecta sunt; causarumque inter ceteras hanc quoque profert: quod Arist. cum ex sensibilibus insensibilia processerit, videritque ex sensibilibus, hac insensata probari non posse, & hac principiis naturalibus aperte adversari, audacter hos demonas negaverit. Nulla enim apud ipsum fuit ratio, ex sensatis probans ipsos esse, verum ipsos esse, saltem ut a vulgaribus ponitur, rationi repugnare. Maxime periculosem hoc Aristotelis etiam in aliis quibusvis rebus suppositum, & si præter opinionem innocentissimi Aristotelis, (vid. Dürri Notæ ad Mich. Piccarti elegantiſſ. Isagogen in Lectionem Arist. pag. m. 105.) fuisse, demonstrant passim, tum Zieroldus in der Einl. zur Hist. Eccles. mit der Hist. Philos. verknüpft, darinn die Krafft des Creuzes Christi vorgestellet wird. v. g. c. 3. p. 270, 272. quem eo luentius Pomponatio jungo, quia, quantum hic est Aristotelis venerator, tantus ille Stagiritæ juratus, licet saepius inermis osor hostisque, qui ne unicam quidem salis micam in toto Aristotele inveniri posse, persuadere mundo conatus est, tum Intellectus puri aestimatores, uti Cartesiani fere omnes. Unica autem veraque causa negatorum dæmonum fuit, quod viribus rationis sue nimium confusus, nullam prorsus Aristoteles traditionem admittebat, quam tamen Plato, qui eum in talibus quoque rebus semper superat, prudentissime amplexus est. Ita Princeps Critorum Vossius de Sect. Philos. cap. 17. §. 18. conf. Bodinus dæmonom. præfat. ad Lect. *. a. (4) Vid. Cel. Autor Introd. ad Histor. Philos. Ebr. in præfat. (5) Vid. Cel. Buddei Introd. ad Histor. Philos. Ebr. pag. 66. (6) Mysteria nostra, terminis Cabballisticis proposita, neutrum

quam

quam Judæis videri absurdia, nullamque fere restare discrepantiam in fundamentalibus, nisi super persona Jesu Christi, expertus testatur Knorrius apud Morum. Vid. Epist. Mori ad Knorrium. §. 10. fol. 426. T. 1. Opp. Philos. Mori. Item *Adumbratio Kabbale Christianæ*, sive brevis applicatio doctrina Hebraorum Cabballistica ad dogmata novi foederis; pro formanda hypothesi ad conversionem Ju-daeorum proficia, qualem Tract. *Knorrianum* MORVS dubio procul intellexit.

§. VII.

Jam vero traditiones unanimi quadam consensione omnes testantur, Spiritus quo sint puriores & sanctiores, eo etiam esse subtiliores, & a vehiculo corporeo remotiores, quanto autem sint impuriores seu pejores, tanto etiam esse magis materiales, corporisque si non compositi, tamen simplicis (1). Hinc spiritibus bonis atque puris lucem immo ignem, [puto ætherem indigitare voluisse,] malis vero atque intermediis, aërem, tenebras, aliaque corpora magis crassa atque composita tribuebant. Harum autem sententiarum fundamenta rationesque ita comparata sunt, ut diutius illis immoraturi, totum disputationis nostræ completemus spatiū (2). Sufficiat nobis digito indice monstrasse, Spiritus etiam bonos inhabitare posse corpora, sed quæ cum habeantur subtilia, ad perpetuam quandam familiaritatem nobiscum, inidonea, ipsisque summe molesta & dolorosa, si eadem corpora pro nostra infirmitate attemperare aut modificare vellet, e contra vero malos spiritus huic negotio aptiores & forsitan faciliores judicari debere. Hinc ceteris recte etiam se habentibus, firmiter concludo: Apparitiones quo sunt frequentiores, tanto sunt suspectiores, nosque debere esse cautiōres.

(1) Præcipue hic conf. Cabballistas ad unum fere omnes. Aliqua
boho

ex parte huc etiam spectant ea, quæ apud *Psellum* p. 29. sq. ed. cit. pag. 94. & in *Gaulminianis* adjectis notis p. 123. extant, & ap. *Delrionem* L. 2. qu. 27. sect. 2. p. 275. pluribus exponuntur. (2) Hinc etiam Cabballistarum dogma ap. *Archangelum Minoritam* in *Commentar.* in *Cabal.* dogm. fol. 811. Tomi I. Scriptorum artis Cabballisticae ab Jo. *Pistorio* collecti: *Per volatile, quod creatum est die quinta, debemus intelligere angelos mundanos, qui hominibus apparent, non eos, qui non apparent nisi in specie.* Pluribus haec forsitan aliquando dilucidari possunt b. c. d. in disp. *An in Spiritibus cadat sexus differentia?* Conf. interim, si modo L. B. ad palatum erunt, *Schuleri Exercitationes Philos.* Lib. 2. qu. 13. p. 211. sqq., & qu. 15. p. 215. qu. 29. sqq. p. 227. sqq. *Le Grand* in *Institutionibus Philos.* part. 3. cap. 5. p. 188. sqq. & cap. 10. p. 201. edit. Norimb. 1688. in 4.

§. IX.

Sed nihilo secius tamen mortales, cum experientia magistra animadverterent, hasce substantias spirituales non solum sub forma suæ simili apparere, sed & perfectionibus splendore longe excellentissimis, modoque, quod effectus testabatur, esse beneficos, modo maleficos, rationem sub obsequium sensuum captivantes, perplexi hærebant, nescientes, quid de re insolita, quæ soli rationi, sine revelatione erat impervia, esset statuendum, traditionibus quippe, quibus hactenq; ceu norma dubiorum heic usi fuerant, aut jam amissis, aut temere neglectis, aut misere perdebitis. Hinc quilibet in re, supra rationem posita, instinctum tamen rationis, prout eodem ferebatur, secutus est, aliis, spiritus maleficos, ne porro nocerent, venerantibus, aliis, beneficos tum ob utilitatem, tum etiam ob ambitionem, quia in iisdem varia criteria, humanitate quid longe excellentius spirantia, conspicati fuerant, deamantibus, crebrioremque cum iisdem consuetudinem appetentibus, imo familiaritatem ambientibus.

Quod

Quod uti in se haud erat reprehendendum, quin potius laudandum, ita tamen, senescente paulatim dono discretionis spirituum, quod veteribus denegari haud potest, traditionibusque sic sensim pereuntibus, redditum fuit sequioribus temporibus summe pericolosum & fallibile, cum Principem tenebrarum pro angelo lucis apprehendere possemus. Et quis quæso dubitabit, Diabolum, tantum Artistam! occasionem rerum gerendarum hic dimisisse, aut, quo minus multorum, habito, pro cuiusvis animi inclinatione, respectu, sensus dementaret, destituisse, canisque ad instar submisso illis, lucris scilicet causa, adulatum fuisse, cumque illis consueuisse (1). Infici-
as ire nemo poterit, Theurgiam seu disciplinam Telesticam apud antiquiores, ad arcani disciplinam (2) pertinuisse, adeoque præter Magos seu Clerum, paucis innouisse, hincque etiam hos ritus postea tanto corruptiores, quanto frequentiores & in vulgo communiores esse factos.

(1) Conf. unicum *Psellum* p. 13. sqq. edit. cit. (2) Vid. MORHOF.

Polyhist. Tom. I. Lib. I. c. 12. §. 18. circa fin.

§. IX.

Ut vero nunc tandem de capite rei aliquantum distin-
ctius agere possim, totam dicendorum summam ita disper-
tiar (1), ut ad mentem horum Professorum, qui artem conciliandi spiritus tradiderunt nobis, omnem hujus rei notitiam veluti SCIENTIAM (2), cum potius sit scientiæ privatio,
ARTEM, nam & crumenisœca suam facculatoriam artis vo-
cabulo condecorant, ipseque Diabolus, μυστέχων perfectissimus artista & Polyhistor vocatur, aut aliam quandam Pra-
cticorum Habitum perfectionem, sat liberalis cum his su-
perstitionis crabronibus acturus, supponam. Haud itaque
mihi succensere poterunt, si ad normam ceterarum scientia-
rum

rum practicarum eandem consideraturus, candide quoque edifferam, quam multa saepius splendide in eadem adserantur, licet haud argillam, sed arenam fundamentum venerantia. Subeant itaque ea, quæ hactenus protulimus, vices tum protheorias generalis, tum etiam principii, ex quibus notitia hujus rei hauriri debet. Contemplanda igitur restabunt, Finis, Objectum & (3) Media. Conf. ZARABELLA Lib. 2. cap. 15. de Methodo, Opp. Logicorum fol. 80. edit. Lugd. 1566.

(1) Inducti sumus ad hanc rationem ineundam ob ea præcipue quæ Agrippa Libris de occulta Philos. cap. ult. p. m. 562. edit. Lugd. 1550. 8 protulit. Horum autem, inquiens, quedam cum ordine, quedam sine ordine, scripta sunt, quedam per fragmenta tradita sunt, quedam etiam occultata & investigationi intelligentium relata. Perquirite in hoc libro, colligendo nostram dispersam intentionem, quam in diversis locis proposuimus, & quod occultatum a nobis est in uno loco, manifestum est in alio &c. (2) Conf. huc Pomponatus de Incantatt. cap. 6. p. 73. sqq. Imo Plato aperte in Phædro posuit, artem augurandi esse scientiam, quamquam sint scientiae admodum difficiles, idemque repetit in multis aliis locis, vultque in republica bene ordinata, esse hujusmodi artes & scientias, quod etiam ad nauseam usque recoquit Pomponatus l. c. cap. 10. p. 123. 124. 144. 164. &c. (3) Instar capsularum itaque præsens hæc dispositio nostra esse potest, in quas omnia, quæ in scriptis Magicis, adhuc MS. reperiuntur, facili opera recondere poteris.


DISPU-

DISPV TATIONVM MAGICO - THEVRGICARVM
DE
CONCILIATIONE
SPIRITVVM,
SEC V N D A
EXHIBENS
DIVERSOS HVIVS ARTIS FINES,

QVAM
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,
DN. GVILIELMO HENRICO,
SAXONIÆ, JVLIACI, CLIVIÆ, MONTIVM,
WESTPHALIÆQVE DVCE, ETC. ETC.

BENEVOLO SVPERIORVM INDVLTV
IN ILLVSTRI SALANA

Numisma aureum
ad pag. 68.



SVB PRÆSIDIO
M. DAVIDIS RICHTERI, GÜSTROA - MECKLENB.
PVBLICE TVEBITVR AD D. JVLI III A. CIO IO CCXVI.
HENR. ANDR. MÄTCKE, Goslariensis.
JENÆ, APVD JOH. BERNH. HELLERVUM.

DISPATATIONE MAGICO-THEATRICALIA

de

CONGREGATIONE SPIRITUALM

SECVNDVM

EXTRACTVS

DIVERSORVM HUIC ARTIS RUM

DE VITÆ ET MORTI MAGICO-HENRICI

MUTATIONE MUNDI

de loq. qd.



SAB PRESIDIO

W DAVIDIS RICHTERI

GESLAVO - MERKIN

PARTICULAR TABELLAR AD D. LAVI A. C. 10 DECIM

HENR ANDR METTERE, expounder

LEONE, ALD JOH HERNH HELLERW



DISPUTATIO II.

§. X.

A Fine itaque ut incipiamus, is varius statui solet. Nos hac vice considerabimus I. Finem Proximum seu Minus principalem, quem alias etiam Internum (1) vocant, & Finem Remotum seu Principalem aliis pariter Externum dictum. II. Finem Objectivum, seu Qui, & Formalem seu Quo. Proximus, qui & communis omnibus dici posset, recte quidem is statuetur, ut suum quisque genium intimius cognoscere, eundemque ceu monitorem, in quibusvis contingentibus audire possit. Nam licet nulla scientia, nulla ars, nulla virtus sit contemnenda, tamen ut propere vivas, feliciterque agas, imprimis cognosce genium tuum bonum & naturam tuam, & quid tibi boni promittat dispositio caelestis, & horum omnium distributior Deus (2). &c. Audebis autem, Dave, etiam Analphabeta, Sphyngem consulere de genio? Certe infeliciorem te praedicto Theseo, qui non varia, sed unum ab sua Ariadne filium accipiebat. Audi doctissimum & in hisce rebus versatissimum Agrippam (2): Naturam genii uniuscujusque hominis, antiqui sapientes ex sideribus & influxu eorum, eorundemque aspectibus, qui in Genesi ejusque versantur, cognoscere docent (3), sed tam diversis & dissidentibus inter se institutis (4), ut difficillimum sit, huc eorum sacramenta e manibus eorum posse eripere. Hinc cum diversissimas de eodem cognoscendo enarrasset sententias, tandem concludit: Horum cum laboriosa & occultissima sit inquisitio, multo facilius ex nobis ipsis (5) ge-

D

xi

nisi nostri naturam perquiremus, attendentes ad ea, que a prima-
va estate, nullis contagiosis distracta, aut ea, que expurgata mente
ab inanibus curis & sinistris affectibus, amotisque impedimentis,
suggerit animus, dictat naturae instinctus (6), cœlumque inclinat.
Hæc procul dubio genii suadele sunt, qui unicuique datus est a prin-
cipio sue nativitatis eo nos ducens & persuadens, quo nos illius
fidus inclinat. Notandum autem, triplicem uniuscujusque
hominis dari custodem. 1) Sacrum, qui nos illuminat,
studetque assidue nos ad sacram perducere perfectionem,
debetque a nobis religiose coli, sicut & Socrates fecit (7).
2) Genituræ, seu genium κατ' ἔξοχην sic dictum. 3) Profes-
sionis, de quibus prolixe differentem, vide Agrippam Lib. 3.
cap. 21. tot. de occulta Philos. Callide autem in hoc nego-
tio rem agere mihi videtur, cum aliorum referens opinio-
nes, Apellis ad instar post tabulam delitescat.

(1) Vid. THOMAM 2.2. qu. 141. art. 461. (2) Agrippa l. c. L. 3.
c. 22. p. 418. coll. FICINO de vita coelitus c. 23., atque ¹¹ Sal-
omonis p. 16. (3) Rob. Fludd, alias de Fluctibus, Argimer, & in
Medicina Doctor Oxoniensis, tale præterea tempus eligendum
svadet, in quo idem flaret ventus, eademque elementorum esset
temperies, qualia scil. tempore nativitatis fuissent, mansionem
quoque ☽, & ☽ dispositionem illis, quoad ejus fieri posset, de-
bere convenire. Quibus ita preparatis, pergit, obsigentur & in-
sculptantur in laminis metallicis secundum planetæ naturam, charakte-
res planetarum, qui domini fuerunt adscendentis XI domus, (quæ
ingens semper in genituris momentum habet,) atque etiam cha-
racteres illi infuscandi sunt, temporibus exaltationis & fortitudinis hu-
triusque planetæ predicti, ipsa hora & die, quibus planetæ isti prædo-
minantur. Has itaque laminas teneat genitus & tempore adaptato,
ut prius, adeoque in ipso die & hora, quibus spiritus seu genitus præ-
dominatur, fiat invocatio —. Solius autem Dei permissione & invoca-
tione hoc tantum opus est perficiendum, qui solus vim atque pote-
statem

statem habet in d̄mones — Magi ergo p̄iū hujusmodi orationem tyronibus prescribunt, qua d̄monum ducis auxilium invocent, ut genii sui cognitionem & familiaritatem acquirant.

„Omnipotens, æterne Deus, q̄ai totam creaturam condidisti, in „laudem tuam ac ministerium hominis, oro, ut spiritum & ge- „nium meum N. N. de Solari, Mercuriali &c. ordine mittas, „qui me informet ac doceat, quæ illum cum justitia & sancti- „tate interrogavero, & ut mihi necessaria illa indicet ad eruditio- „nem meam, in artibus & experimentis majorum meorum & „Philosophorum, aut ut mihi modum conservandæ sanitatis & „vitam recte instituendi, aut modum me præservandi ab inimicis o- „stendat &c. Verum non mea fiat voluntas, sed tua, per Jesum Chri- „stum filium tuum unigenitum, dominum nostrum, Amen!

Quæ oratiuncula non tam ex ARBATELE, libro certe ultricibus flammis dignissimo, aphor. 21. p. 19. exscripta, quam latine versa, interpolata atque aucta fuit. Vid. Rob. Fludd. pluribus l. c., & de inquirendo cognoscendoque genio, ex professo Ejusd. Histor. Microcosmi, Tract. 1. sect. 2. part. 4. Lib. 3. de Genethliologia cap. 12. f. 95. Admonet præterea Arbatel, ne tali genio ultra horæ spati- um molestias creemus, sed verborum honoris formula, qualem l. c. ipsem et suppeditat, honorifice iterum dimittamus. Quam febrilibus autem genethliaci superbiant & prodeambulent ratiunculis, ex iis, quæ ad §. 15. not. 10. §. 16. &c. congesimus, abunde constare potest. Ipsam vero Angelolatriam, si te infirmum ad- hue scandalisaret, flagellatam videbis nonsolum in omnibus Com- pendiis atque Systematibus, sed & si plus ultra progrederi placue- rit, a Summis Theologis, doctissimo Michaeli in Nott. ad Gaffa- rellum p. 311. sqq. allegatis. Perpendas hic brevibus, Scelera quo sunt graviora, eo honestiori obvelari solere prætextu. (4) Conf. hoc SIDONIVS apud Reuchlinum, de verbo mirifico Lib. 2. c. 1. f. 906. Vol. Pistoriani. (5) Hoc ob pravitatem congenitam & philaviam homini inevitabilem, pariter redditur difficillimum. Vid. Genes. 6.3. &c. Malebranch. Lib. 4. c. 5. fol. 262. sqq. (6) Vid. Luc. 6.36. Confer tamen cum Agrippa Ficnum cap. 23. p. m. 245. (7) de genio Socratis, ita etiam OUZELIVS in notis ad carm.

Sybillina p.m. 361, edit. Amstel. 1689. cum commentar. varior. Omne, quicquid tota antiquitas de eo notat, merum est figmentum, idque vel ab ipso Socrate profectum, ut tanto magis in sui admirationam raparet homines, vel ab ejus amicis & fautoribus, quibus prius id ipse forte persuaserat, in vulgus sparsum.

§. XI.

Finis vero REMOTVS seu Principalis ita diversus mihi videtur, ut hominum inclinationes, vitarumque instituta, quorum tria (1) praeclipe excellunt. Cum enim felicitatem homines, haud absque ratione, ex variis vivendi modis videntur existimare, plerique quidem atque importunissimi (Φοετικῶτατοι) pecundum vitam eligunt, voluptatesque (2) sectantur, alii vero, qui elegantes sunt, & ad res peragendas idonei, honorem esse felicitatem existimant, alii autem vitam contemplativam (3) eligunt, qua perfecta certe hominis felicitas est, (4), modo vita longitudinem nostra effet perfectam. Hinc mirum nobis haud videatur, quod homines, eo quo reguntur spiritu, eidem quoque familiarem alium quæsiverint, ut sic similis simili gaudeat. Quando enim professio (h. e. vita genus) cum natura nostra consentit, similis nobis atque cum genio, (spiritu genitura, concors adest professionis demon, vitaque magis efficitur tranquilla, felix atque (5) prospera. Quando vero professionem genio subimus dissimilem vel contrariam, vita nobis redditur laboriosa, & discordantibus Patronis perturbata (6). Modus quoque inveniendi & eliciendi nomina spirituum & genitorum, ad quemcunque desideratum effectum ex cœli dispositione traditur, l.c. cap. 26., sed ita, ut pro principio habeat discrepanias Hebræorum (7), (scil. græcanica jam Philosophia depravatorum) Chaldæorum, Arabum, aliorumque (8). Ridiculè cetera recessui canit, atque hec nomina, inquiens, ita secundum proportionatos numeros, sidereo calculo distribut, jucatis

gatis, alternatisque literis compacta, sono licet & significatione ignota, ex secretis philosophie principiis, (haec manifestare & corroborare debuisses,) necesse est, confiteri plus posse, in operre magico, quam nomina significativa (9), dum attonitus in illorum enigmata animus, totaque mentis acie intentus, divinum aliquod subesse firmiter credens, verba & nomina haec, licet non intellecta, reverenter sonat in gloriam numinis, cum spirituali pie-tatis affectu, captivans se in illius obsequium (10). Ego namque simplices affirmationes, ne cassa quidem nuce majores aestimo, quin potius cum subtilissimo Burneto (11), nulli autoritati praeter divine, nulli rationi praeter clare & distincte fidem penitus adhibere, consuevi.

- (1) Ex Aristotelis Lib. 1. de moribus, cap. 3. (2) alias haec eadem vox in bono quoque sensu usurpatur apud Aristotel. comprobante Moro Enchir. Eth. Lib. 1. cap. 2. Tom. 1. Opp. Philos. (3) hos Melancholicos diceremus, quae etiam Arist. mens fuit. Vid. Ipsiis problem. sect. 30., item Agrippa de occulta Philos. Lib. 1. c. 60. (4) conf. Arist. Lib. 10. de moribus, cap. 7. circa med. (5) sic Auxilius, beneficio sui Astri nihil opus habet, ut volucres prosequatur, cum ad ipsum ultra sint volatarae, piscesque itidem ad pisca-torem adnataturi, feræque venatorem secuturæ, propter eandem astrorum rationem (h. e.) influentiam. Paracelsus de Scientia Astro-nom. (6) Iterum ex FICINO de vita coelitus, cap. 23. aut Archangelo, Commentar. in Cabbalist. dogm. fol. 779. (7) Certe Hebraeorum mentem hic exactissime assecutus est, & reddidit Agricola cum ad literam quasi, totidem quoque verbis eadem legatur apud Rittangelium, in notis ad librum טרי צי fol. 14. in fin. & sqq. (8) Conf. etiam Rob. Fludd. alias de Fluilibus, in sua Genethi-lologia cap. 12. & sqq. ex instituto. (9) Conf. not. 21. ad §. 15. harum dispp. (10) vid. not. 8. hujus §. (11) in Archaeol. Philos. Lib. 3. c. 7. p. m. 376. conf. etiam Cartesiani, ut Malebranche passim. v. g. Lib. 4. cap. 3. p. 259.

Temporis, locique rationem habituri, præsertim nos ex-
 ercebimus discurrendo, Quid de illorum hominum consiliis
 institutisque sit habendum, qui ope NB. honorum spirituum,
 thesauros occultos, tollendos meditantur, aut rei gerendæ
 manum ipsam, prævia tamen, uti loquuntur & præcipiunt,
 SS. Trinitatis invocatione, admovent? & Præsuppono, thefa-
 ri effossonem, sicuti actiones hominum ceteras omnes, ope ca-
 codæmonis, sive per incantationes fuerit advocatus, sive ex pa-
 cto quodam comparere debuerit, susceptas, a quovis mortali-
 um probo, sine multis ambagibus improbari. Itaque de Spir-
 titibus tantum bonis, qui sæpius nobis blanda specie apparent,
 nos ambiunt, nullum malitiæ cujusdam vestigium produnt,
 (exemplum hujus rei extat ap. Bodinum Lib. 2. cap. 3. p. 159.)
 thesaurosque, quorum multos occultos esse, nemo negaver-
 it, ostendunt, & effodiendos svadent, nostra disquirit oratio.
 Hic autem ea de re nobis sedet animus. Si perfectiori in
 discernendis spiritibus polleremus notitia, vitæque, qualis fi-
 delium est, convicti essemus, nullam mihi apparere dubi-
 tandi causam, cur quis thesaurum defossum, nemini propri-
 um, profiturumque, quin potius a rerum omnium Datore,
 unici, soliusque hominis usibus, sicuti reliqua fortunæ (1), bo-
 na omnia, inservire jussum, auferre, & in privatos, siue res
 nostræ, aliæque permiserint circumstantiæ, usus publicos pio-
 que, nonnunquam erogare possit. Sic namque historiae sa-
 cræ atque profanæ docent, a sanctissimis quibuslibet viris at-
 que prophetis, bona, quæ a spiritibus beneficis sibi offerri
 sciebant, nec morose, nec inconsiderate fuisse repudiata, aut
 contemtim habita, vid. I. Reg. 19. Hinc B. GRAPIVS quo-
 que. Præceptor noster, dum viveret, faventissimus, in Com-
 pend. Theol. Part. 3. c. 9. p. 251, afferit: *Si nobis angeli appare-*
rent

rent ut Patriarchis —, beneficia quoque quædam ab iis petere liceret, exemplo Lothi, Gen. 19.19. Accedit, quod apparitiones spirituum in hujuscemodi casibus & rebus, quæ nullum in Systematibus articulum consciunt, a prudentioribus Theologis, qui ζῆλον καὶ ἄγγελον, omnemque jam debellarunt præcipitantiæ effervescentiam, haud rejiciantur, multo minus condemnentur, quin potius, sæpius mortalibus ex mero Dei beneplacito, atque erga tales hominem singulari favore obtinere, asserantur. Breviter: thesauri sepulti per bonos spiritus revelationem nec petendam, hoc enim perversi precum nostrarum finis esset; nec deprecandam, quod hominis esset stulti, artisque vivendi & nervi rerum gerendarum ignarissimi, vel sanctitate Pharisæica tumentis, ego judicavero, riteque hue applicavero piissimi Theologorum (2), B. Speneri (3) verba: Wie dergleichen ausserordentliche Dinge ihre Schwierigkeit und Gefahr haben/ so fassen sie doch auch eine Gnade und Würde in sich/ derer wir uns mögen unwürdig achten/ nicht aber denselben uns gleichsam mit Gewalt entziehen. Neutquam vero hæc in eorum patrocinium allata esse, aliquis sibi persuadeat, qui data opera, variis consiliis, machinationibus, & nesciam quibus occultis (4), quas ob ignorantiam certiorum, meliorumque causarum peramant, qualitatibus, thesauri ablationem meditantur. Hi namque contra functionis suæ demandatos fines plerumque peccant, sibi que scripta reputent, Matth. 6. 20. & 33. I. Tim. 6.9. fqq. Accedit, quod totum eorum negotium maxime periculose reddit, si cum spirituum, quos bonos esse jubebant, de quorum classificatione autem, minus nihilo norunt, evocatione rem suscipiunt (5). Nam sic hypocritas se esse dissimulare student. Nihil dicam, quod magnam superstitionis incurvant suspicionem, seque apertissimo vitæ, & quæ

quæ hanc excipiunt, periculo exponant, si certis anni festis (6), statisque horarum momentis (7) aut diebus (8), hi *ayemētētōt*, sideralisque, & quæ ex siderum motu mensurantur tempora (9), scientia imperitissimi, negotium cœco impetu aggrediuntur, remque sic totam alienis oculis manibusque perficiant. Transeolubens tot exempla, quibus talis thesauri effossio tentata, infaultum imposuit exitum (10), haud tamen inficiatus, nec virunculos metallicos (11), nec varias cacodæmonis circa ejusmodi thesauros præstigias, ad nos inescandos sicq; excœcando suscipi solitas, sicuti nec omnem, nec nullum, ex nimia organorum nostrorum sensoriorum agitatione ortum tumultum, pro spiritu spectrove habeo, probe sciens, quod multi sâpe extiterint benefici sinceri (12), h. e. qui se re vera tales existimabant. Vid. MALEBRANCHE l. c. Lib. 2. cap. ult. p. 172. quem tamen in omnibus hoc ipso capite prolatis, haud quamquam approbo (13), longe meliora ab H. Moro & Bodino, in Confutatione opinionum Jo. Wieri p. 432. edoctus. Rogerius Baço ita: Nequior est occupatio, quando homo contemnit leges philosophiae, & contra omnem rationem spiritus invocat nefarios, ut per eos compleat suam voluntatem. Et in hoc est error, quod credant subjici sibi spiritus, & quod spiritus cogantur hominum voluntate. Hoc enim impossibile est, quia vis nostra longe inferior est, quam illa spirituum, ap. Rob. Fludde vel potius Joachim. Frizium. (Nam ipse Fluddus, præcipuam hujus libri partem haud fabricavit, sed tamen NB. quoad partem major. rem adauxit, cum eundem ex Scotia, in latinam linguam transfunderet,) de SVMMO BONO, per Joach. Frizium edito.

(1) Vocantur quidem, inquit consummatissimus Theologus, B. GERHARDVS in Meditatt. Sacr. fortunæ bona, sed revera sunt tuae (alme Deus,)

Deus,) gratiæ dona, (2) JO. FR. MAYER in Musæo Ministræ Eccles. Part. 2. p. m. 434. (3) in Theologischen Bedencken Part. 1. cap. 1. sect. 37. p. 178. (4) occultas dico, plane uti quædam peccata, a piis Theologis muta appellantur. Huc pertinent abusus cum (α) Indusio menstruato, quos expositos vide, vel potius ne videas, in sacerrima atque occultanda Agrippæ Philosophia Lib. 1. cap. 13. sqq. (β) pollice vel digito furis, suspensi vel rotæ inflexi. Qua de re Vid. Autt. ap. Cel. Fabricium in Bibliogr. antiqu. c. 12. §. 2. (γ) capite demortui, de quo notanter admodum Bodinus l. c. Lib. 2. c. 3 p. 141. *Quicunque capita demortuorum servant, nisi medicinam aut chirurgicam faciunt, ii plerumque exercent necromantiam,* contra quod nefandum scelus autem copiose legas Delrionem D. M. L. 2. qu. 26. sqq. p. 225. sqq. Lib. 4. c. 2. qu. 6. sectione 2da. (δ) membro item verendo, & quæ ex sætibus humanis uterinis vel recens natis adhibere solent, cuius detestandæ rei vestigia jam apud PSELLVM in Dialog. de Operatt. Dæmon. p. 23., collatis Gaulminianis notis pag. 124. plag. Q. 2: Ipsam autem superstitionem, abusus & exempla apud Bodinum p. 444, in Confutatione opinionum Jo. Wierii, invenies, imo quando (ε) thesaurum effossuri, varios orbes circulosque circum se scribunt, quia hanc omnium figurarum perfectissimam habent, quare & in hieroglyphicis symbolum æternitatis fuisse, (ζ) quando dicta, sacrosque psalmos: de profundis, Deus misereatur nostri &c. Pater noster &c. Credo videre bona domini, D. B. F. E. g. S. M. II. N. i. e. das Blut Iesu Christi, Gottes Sohn, macht uns rein &c. demurmurant, aut circulo inscribunt. Item si quando (η) suffiunt, pro facilitanda thesauri ablatione. Dicunt namque, si quis defoderit pretiosum aliquod —, D. Oli conjuncta in imo coeli, & suffumigaverit locum cum coriandro & &c. &c. nunquam inveniri & auferri posse quod sic absconditum est, semperque dæmones custodire illud, & si quis conaretur, inde aliquid auferre, infestationibus dæmonum subjectum iri, atque in phrenes in illapsurum —. Sperma ceti ad alliciendos dæmonas non habet par, quare si ex eo & &c. fiat suffitus, valde cito congregarentur spiritus aërei —; Sic quoties ad O aliquod opus dirimus, suffumigamus cum Olearibus. Ita lapide molari dignis-

E

simus

simus Agrippa l. c. Lib. I. c. 43 p. m. 89. Has ipsas, cum jam secunda vice correxeram lineas, incidit in manus meas, rarissimus certe;

ספרה ראות קרמאה שנתן לו ריאל המלאך

quem Amplificator Studiorum meorum *Jenensium* maximus, INCOMPARABILIS NOSTER DANZIUS, pro eo, quo me immeritum semper prosecutus fuit, paterno prorsus affectu, lubentissime tandem mecum communicavit. Prodiit Liber Amstel. (1701. 4.) h. e. סת'ן לפ'ק ספר תולדות ארם, dialecto Hebraeo mixta, sed intellectu sub initium perquam facilis. Pag. 4. a. lin. 19. sqq., circa thesauros defodiendos consilium suggestum, & pag. 8. b. lin. 4. ante fin. ita defossum thesaurum detegi posse existimat,

אם חחפץ לעמד רצונם בארץ ולקחרת על סימא להעלות כסף זהב הטעונים בארץ ולקחרת צץ זהב מזוקק שבעתיתם וכותב עליו כא אות מהשם הזה הקדוש והטהור וקשרתו בפתיל תכלת/ והבאת כן יינה לבן/ וקשרתו בפתול תכלת בצוואר ווחפרחת אותו באורי' במקום שירד בו לחפש ברגנלי' שם מסורתה אמת בהור העיר ועמר ערך הגן ובאת וסכבות אמת המקום שבץ פעמים ואמת בווט' תאמיר את שם המשם בתקופתו ואמ בלילה/ אמר את שם הלבנה בתקופתו/

Dolemus, hujus libri nimis sero nobis videndi obtigisse copiam, hancque causam esse scias, cur ob alias labores, integrum librum attente haud perlegere, sed cursorie, fugitivo ut ajunt, oculo perlustrare potuerimus & debuerimus. Alias prudentiori forte an consilio eundem, ceu fontem omnium magicorum scriptorum pro Agrippa, ceu rivulo, atque ex hocce libro, qui tunc temporis in MSC. adhuc delitescebat, garruli psittaci ad instar multa effusiente, substituissemus. Sed tamen pluribus de hoc aliisque hujus generis voluminibus, aliquando acturi sumus, cum ea, quae ad §. 19. promisimus, opportune exsolvere valuerimus. Conf. interim de hoc libro Cel. WOLFIUS in Bibl. Hebr. num. 174. pag. III. Refero porro (η) ad has occultas artes, si PAVLLINI vel potius ejus credulitati, saepius nimis, stabimus, die Spring Wurzel, cuius & existentiam & essentiam, seu virtutes, Medico-

rum filii securitatis publicæ ergo, post litem carbonariam confe-
 ctam utiliter petrimarentur. *Paullini Philos. Lust-Stunden, Part.*
 2. p. 577. hæc de eadem collegit: Man sagt, wenn der Specht,
 sonderlich das Weiblein ausfliege, und man das Loch mit einem
 Keil zu mache, unterm Baum, wo er sein Nest hat, ein roth oder
 ander gefärbtes Euch (flavum præcipue vulgares commendant,
 quia tunc picus ex vana persuasione, ac si pullis incendio pere-
 undum esset, eo majori ad afferendam hanc radicem ferretur fe-
 stinatione,) hinbreite, so wird der zurückkommende und das Nest
 zugeschlossen findende Specht alsbald hinsliegen, und eine Wur-
 zel holen, (vid. *Ephemerid. Curios. ann. VII. dec. 3. schol. ad obs.*
 80.) welche, wann er sie nun an den Keil hält, wird er ab- und
 ausspringen, und nebst der Wurzel aufs untergebreitete Euch
 fallen. Das ist die Spreng- oder Spring-Wurzel, damit man
 alle Schlosser sprengen, oder zerspringend aufmachen will. Ein
 sicherer Graf, hat dergleichen Wurzel D. Lentilio einst gewiesen,
 sie war dieses Aussage nach lang, treuge und ausgehölt, in der Di-
 cke einer Schreib-Feder, so lang als der Mittel-Finger. Lepi-
 dam quoque subiungit idem *Paullini epistolam* 1696. den 20. Febr.
 a thesauri fossore quodam ad hunc comitem datam, in qua hic
 auri sacra fame laborans, Comiti montes aureos, eine Donne Gols
 des oder 3000. fl. (Ipsum namque thesaurum effodiendum 60.
 auri tonnis æstimabat,) pollicetur, si usum probationemque hu-
 jus radicis communicaturus esset. Wenn sie ein Schloß aufspren-
 gen thut, das i. Orth werth ist, so ist sie gut. Aber der Graf, per-
 git *Paullini*, verbrante die Wurzel, und wolte gar nichts damit zu
 schicken haben. Durchs Teufels List hätte die Wurzel wohl was
 thun sollen, sonst aber ja nicht, (conf. *huc Rollenbagii warhafte Lüs-*
 gen, cap. 14. p. 203.) denn er verbendet den Sinn der Unglaubio-
 gen. 2. Cor. 4. 4. Quod si Domini Medici, perfectiones hujus ra-
 dicis pervestigassent, judicare possemus, annon hoc commune
 ignorantia æ asylum esset, culpam inscientiamque in Diabolum
 transferre? Certe nemo mihi succensebit, si majorem fidem COL-
 LEGIO CVRIOSORVM IN GERMANIA haberem, ceu testibus
 haud auritis, sed oculatis, qui in der geheimen Unterredung von

Der Magia naturali, p. 116 sq. hac de eadem referunt. Spring-Wurzel und Spring-Kraut sind unterschiedlich, von der Spring-Wurzel wird gemeiniglich erzählt, daß es in Schweden in grosser Menge zu finden ist, und sagt man, daß wann die Pferde mit den Hufeisen darüber gehen, so springen dieselbe den Pferden abe. Es hat mir ein guter Freund in Holland, eben diese Spring-Wurzel gezeigt, welche nur zu gewissen Zeiten diese Eigend haben solle, nemlich, daß wann sie an Schlosser gelegt würde, alle aufmachen, und die grossen Ketten von einander sprengen solte. Er hat mir auch den modum solche zu finden erzählt —, weil ich aber weiß, daß es in der Welt noch an keinen Schlosser mangelt, und derselbe, so Spring-Wurzel sucht, hat mehr in Willens, als die Thüre aufzumachen —. Die Herren Schatz-Gräber, wann sie mit ihren Lügen nicht fortkommen können, so geben sie vor, daß es ihnen an der Spring-Wurzel mangele, mit welcher der Schatz müste aufgemacht werden, und nach ihrem Vorgeben soll diese Wurzel an einem sonderlichen Orthe wachsen, und von niemand anders, als von einem Geiste gefunden, und gebracht werden können. Ich habe nicht längsten einen Mann gesprochen, der von etlichen Schatz-Gräbern und Landstreichern nach der Spring-Wurzel verschickt war, welcher, nachdem er etliche 80. Meilwegen darnach herum gestrichen, endlich dieselbe von einem Wurzelmann bekommen, doch aber keinen Schatz damit heben können —. Aus Curiosität will ich den Abriß von der gewiesenen Wurzel, nicht als was wahres, sondern als was rares weisen.



Ipsam autem vim, claustra aperiendi, iidem Autores naturale, haud

haud diabolicam esse contendunt, aliisque exemplis illustrant. Velle, ejusmodi exempla in probatione rei naturalis omisissent, quæ mira ope cacodæmonis, (sed vero ap. Pompon. p. 51. *Apollonius Thyanæus* pariter defenditur,) patrarunt. Longe enim probabiliora, ex *Pomponatio de Incantatt.* cap. 4. p. 43. sqq., quo cum alias persæpe consentiunt, afferri poterant, præsertim cum exemplum illud 2. puerorum ab hoc Collegio pag. 118. adductorum, pariter apud eundem pag. 46. ex communi utrisque Autore *Alberto Magno* productum exstet. Quare securitatis communis causa Medicorum filiis, ea, quæ *Pomponatius* cap. 3. p. 23. habet examinanda commendaremus. Conf. interim *Delrio*. D. M. Lib. I. cap. 3. quæst. 4. p. m. 29. Ad majorem avarorum, lucro importune nimis inhiantium confusionem, tertiam, eamque discrepantem sententiam retulisse haud poenitebit, cum quantum fieri poterit ex propriis hujus artis imbecillitatibus, eosdem convincerem. *Albertus Magnus* spricht, daß solche Spring-Wurzel auch die Vogel zu finden wissen, und wird gesagt, daß wann das Nest der Alesster oder des Wiedehopfs mit einem Strick oder Ketten umbunden würde, wenn sie Eyer oder Jungen haben, so bringen sie ein gewisses Kraut, welches, wann es von dem Vogel an die Bande gehalten wird, so springen sie von einander. Dasselbe wird auch von den Naben und Schwalben erzehlet, wenn ihnen ihre Eyer hart gekocht werden, so holen sie gleichfalls das Kraut, und machen ihre gesottene Eyer wieder lauter, deswegen die, so solche Spring-Wurzel haben wollen, legen unter dem Baum ein rothes oder weisses Tuch, auf welches das von den Vogeln weggeworfene Kraut niederfällt. Idem Autores l. c. p. 15. (5) Conf. *Psellus* edit. citatæ p. 16. & *Gauliminus* ad eundem p. 119. ubi Salomonis Testamentum MS. citatur. (6) Dictu horrendum est, noctem SS. Natalitiorum, quæ *Chrysost.* alias metropolim omnium festorum appellat, a Christianis, qui unicum in iisdem totius orbis desiderabile, ardentissime venerari deberent, tam foedis præ cæteris fere festis omnibus contaminari superstitionibus, quarum quidem varias species, totiusque rei origines inquisiveram, sed vereor, ne limites disputationis nostræ eas cepissent. Itaq; temporis locique rationem

habiturus, hoc præcipue referam, den Heck-Daler, qui in hisce
 vigiliis comparandus jubetur, de quo, ex recentissimo atque fa-
 migeratissimo scriptore *Melisantes*, aus der traurigen Schaubüh-
 ne, p. 243. sqq. referam: daß derjenige, welcher den Heck-Groschen,
 Heck-Gulden oder Heck-Daler haben wolle, müsse sich, nach der
 Hexenmeister Bericht, in der heil. Christ-Nacht auf einen Kreuz- o-
 der Scheide-Weg in der Finsterniß setzen, und unterui freyen Hims-
 mel einen Ereyß um sich herum machen mit Dhalern oder Groschen.
 In diesem müsse er sich mitten einsehen, und nicht einmahl umsehen,
 darnach müste er das Geld vor sich oder rücklings zählen, wie oft es
 ihm beliebe, wo er aber im Aussprechen 1. 2. 3. 4. sc. irre oder fehle,
 so sey der Teufel alsbald da, und breche ihm den Hals. Unter dem
 zählen lassen sich mancherley Gespenster, Gauckelwerck und Nar-
 renpossen sehen, den Zähler irre zu machen. Wäre er nun richtig
 verfahren, so lege ihm der Satan noch einem Ohr., Fl. oder Orl.
 dazu, was er vorhero um den Ereyß gelegt, welches übrige Stück
 denn alle Nacht ein anders aushecken oder zubringen solle. Subjun-
 git idem Autor, se aliquando civem, cumque pistorem, integerri-
 ma alias vitæ virum nosse, qui forte fortuna inter ceteros num-
 mos, hujus quoque generis grossum grossificum se accepisse,
 suspicatus fuerat, quia summa numeratæ pecunia semper accre-
 verat. Tandem animi moestitia fuisse perfusum, ac si Diabolus
 illum ludificaret, rem totam animæ suæ Pastori enarrasse, cuius
 consilio hunc grossum deprehensum, flumini devovisset. (7) Su-
 perstitutionis causam & originem, vid. ap. *Gaulminum* l. c. p. 132.
 refutationem vero ap. *Delrionem* D. M. L. 3. p. 2. quæst. 4. Sect. 5.
 Quomodo interim Græcorum Magi noctem divisorint, vid. ap.
Gaulminum l. c. pag. 126. plag. T. (8) Conf. §. 18. hujus disp., at-
 que *Plutarchus* in vita *Camilli* prolix, item *Pomponius*, l. c. c. 10.
 p. 174. *Gilb. Gaulminus ad Psellum* p. 114. edit. Paris. & *Delrio* l. c. (9) Ita
 communiter, Vide tamen *LOCKIVM de Int. Hum.* L. 2. c. 14. §.
 22. p. m. 217. (10) Facient hoc dubio procul omnia illa exem-
 pla, ab omnibus Autoribus illis, apud stupenda diligentiae Virum,
 S. R. Dn. PRÆTORIVM, in Biblioth. Homil. Tomo I. Part. 2. Sect.
 3. p. m. 1236. edit. 1698. & Tomo II. locis citt. p. 1154. magno numero
 congre-

congeftis, in quibus omnibus, qui aliorum se sudore exornate, alienisque plumis vestire, semel adsvetus fuit, habet, quod tuto exscribat. Confer iisque, adde *Bodinum* in *Dæmonom.* Lib. 3. cap. 3. *Magni histor.* Beschr. der Stadt Sorau, p. 168. (1) qui tamen cum ad dæmones minus magisve noxios pertinent, nostram hac quidem vice *διάσκεψιν* effugiunt. Conf. interim *Agrippa de occult.* Philos. Lib. 3. c. 18. 32. p. m. 447. collatis, *Pſelli dialogo de operatt. dæmonum*, p. m. 47. fqq., & doctissimas, *Gilb. Gaulmini* in eandem notas p. 135. fqq. edit. Paris. 1615. Indiceque Philolog. *Cel. Clerici* in *Stanleji Hist. Philos. Orient.* Item confer *Commentatores*, ex iisque præcipue *Santium*, ad 1. Reg. 20. 23. (12) Conf. etiam præter *Malebranchium*, ipsem *Delrio D. M.* Lib. 2. quæst. 27. sect. 1. (13) quod etiam de *Pompon.* l. c. cap. 10. p. 163. sq. valeat.

§. XIII.

Finis Conciliationis Spirituum isque OBJECTIVUS, certe si quenquam alium, jactare possumus sat magnificum, satque excellentem. Est namque hic tota Spirituum schola cum omnibus ejusdem Classibus, Ludimagistris, Rectoribus, Scholarchis, ipsoque Directore, quem tamen hic consulto (vid. §. 4.) exceperimus, sicuti & hircos a finistra & tergo nobis esse debere, semper præmonuimus. Operosum & in classificatione eorundem, juxta optimos certe hujus artis Magistros instituta, se exhibuit, *H. C. Agrippa* Vir alias, ipsamet etiam invidia confidente, profecto longe doctissimus (1), tum in lib. 2. c. 58., tum lib. 3. c. 24., ex quo ea, quæ ad nostrum scopum sunt necessaria, salva tamen lectoris patientia, (Nam ipsumet occultandam philosophiam haud effingimus, sed supponimus, atque hinc ex hypothesi nonnunquam loquemur,) mutuabimus. Sunt (2) autem spirituum multiplicia & diversa vocabula, eorum autem propria & vera nomina, quemadmodum & astrorum, soli Deo nota sunt —, eorumque nulla a nobis, nisi divina

divina revelatione cognosci possunt, atque admodum pauca (3) in sacris literis nobis expressa sunt —. Quia vero nequit ulla humana voce componi nomen, quod divinitatis naturam, omnimodamque angelicæ essentie virtutem exprimere possit, idcirco ab operibus (4) nomina spirituum plurima imponuntur, significantia certum aliquod officium NB. sive effectum, qualis a spirituum choro desideratur, que nomina tunc non secus, atque oblationes & sacrificia diis devota, efficaciam virtutemque fortuntur, ad spiritualem aliquam substantiam desiderati effectus operatricem, de superis & inferis educendam —, id quod 2. etiam exemplis probat & illustrat. Sic nomina officiorum significativa sunt: Raziel (5), Gabriel, Michaël, Raphaël, Haniel. i. e. visio Dei &c., sic accepimus ab antiquis Hebreorum Patribus (6), nomina Angelorum præsidentium Planetis atque Signis (7), ♂ Zapkiel, ♀ Zadkiel (8), ♂ Camaël, ☽ Raphaël (9), ♀ Haniel, ♀ Michaël, ☽ Gabriel. Hi sunt 7. illi spiritus, qui semper adstant ante faciem Dei, quibus credita est dispositio totius regni coelestis & terreni, quod sub ☽ est. Hi enim omnia regunt, uti dicunt secreteores Theologi, vicissitudine horarum, dierum & annorum, quemadmodum de planetis quibus præsunt, tradunt Astrologi: quos Trismegistus Mercurius idcirco vocat 7. mundi gubernatores, qui per coelos tangnam per instrumenta, coacervatis omnium stellarum & signorum influentiis, eas in hæc inferiora distribuunt (10). Sunt autem, qui illos paulo diversis nominibus, stellis adscribunt, dicentes, quod ♂ præsit intelligentia, nomine Oriphiel (11), ♂ Zachariel, ♂ Zamaël, ☽ Michaël, ♀ Anaël, ♀ Raphaël, ☽ Gabriel, & horum unusquisque mundum gubernat annis 354. & mensibus 4. (12), & incipit regimen ab intelligentia ♂ hni, post quem per ordinem regunt intelligentia ♀ & ♀ ☽ ☽ ☽ ☽, revertiturque deinde regimen ad spiritum ♂. Scriptis de illis speciale Tract. (13) ad Maximilianum Cesarem, Abbas Tribemi-

us,

us, quem qui medullitus examinaverit, magnam futurorum temporum cognitionem inde elicere potest (14). Signis vero 12. presentiunt (15), **Malchidaël**, **Asmodel**, **Amaniel**, **Muriel**, **VERCHIEL**, בָּרְקִיאֵל, h.e. splendor seu gloria mea dominus, vel probabilius, בָּרְכִיאֵל, h.e. benedictio mea dominus, & sic in cæteris,) יְהוָה Hamaliel, זָרִיאֵל Zuriel, מְבָרְכִיאֵל Barchiel (16), אַדְעִיאֵל Adriel (17), הָנָאֵל Hanaël, גָּמְבִיאֵל Gambiel, כָּרְבִיאֵל Barchiel. De ipsis spiritibus præsidentibus planetis atque signis, meminit Apoc. c. 1. 4. item c. 21. 12. (18). Sunt rursus 28. Angeli, qui dominantur in 28. mansionibus Dñe, quorum nomina per ordinem sunt: Geniel, Enediel, Amixiel, Azariel, Cabel, Dirachiel, Seheliel, Amnediel, Barbiel, Ardesiel, Neciel, Abdizuel, Jazeriel, Ergedi, Ata-iel, Azeruel, Adriel, Egibiel, Amutiel, Kyriel, Bethanaël, Giel, Requiel, Abrinaël, Aziel, Tagriel, Atheniel, Amnixiel (19). Sunt etiam 4. Angelorum principes, qui Præfecti sunt super 4. ventos (20), & super 4. partes mundi (20), quorum Michaël prefec-tus est super ventum Orientalem (21), Raphaël super Occidental-lem, Gabriel super Borealem, Nariel, qui ab aliis Uriel dicitur, super Australem. Assignantur etiam elementis (22); aëri Che-rub, aquæ Tharsis, terra Ariel, igni Seruph, aët juxta Philonem Nathaneël. Quisquis autem horum spirituum grandis princeps est, & habens potestatem multæ libertatis in dominio suorum Planetarum & signorum, in eorum temporibus, annis, mensibus, diebus & horis, & in suis elementis & partibus mundi (23), & ventis, & unusquisque illorum dominatur pluribus legionibus (24). Consentit per omnia, si non Agrippam exscripsit, Schemham-phorasch Salomonis, p. 19. sqq. Ut nos autem liberales, imo generosos, erga hoc philosophorum genus exhibeamus, ipsis multa concedemus, nullam moventes literam, unde no-rint, (I) quod illis planetis atque signis peculiaris aliquis præsit Archangelus, (II) nomina hæcce illorum adducta, re-

F

vera

vera etiam esse illorum propria. Nam acquiescemos in il-
lorum responione, quia nunc venerabili Mosaicorum Philo-
sophorum splendent titulo: licere rebus vel notis, vel non
dum nominatis, præcipue autem Angelis, juxta ipsorum pro-
prietates, nomina imponere. Ast hoc cum Gassendo dubium
deglutire non possumus, *a Magis atque Cabbalistis poste-*
rioribus, (in scia Gassendi erga hos concessio & humani-
tas (25),) fictitia Angelorum nomina excogitata fuisse, studendi
(in hoc ab Gassendo, quin dissentiam parumper, licitum e-
rit,) plebi, & illudendi causa. Certe, quæ Rob. Fludd. ad hæc respon-
dit partim sunt misera, partim etiam periculosa (26). Præterea
Φορτιὰ hæc angelorum in planetis, signis, mansionibus Dnæ,
nomina atque αἰδοσματα, ita comparata sunt, ut, postquam
Tycho, ceterique (27) orbes solidos coelo dejecerunt, aliquæ
Physici & Astronomi, ceu stellæ primæ magnitudinis, hos logo-
dædalos, ceu πλανήτας, imo potius ceu ignes fatuos, qui lu-
mine saltem ementitio gaudent, cum proprium idque insi-
tum non habeant, ecclipsarunt, totosque obfuscariunt, su-
perfluum ego duxerim, si cum tantorum luminum suscepta
refutatione, onustus hic iterum appaream, aut subdole fu-
mum pro vento venderem. Ad cujuslibet ego provoco
conscientiam, an σοφάτερον excogitari potuisset, Φάρμακον
pro Paganismo introducendo, Atheismo tutando, Religione
denique omni, cunctisque miraculis deridendis, quam mi-
raculosa hæc, licet ita bruta & absonta sit, ut fere palpabilis e-
vaserit, intelligentiarum influentia (28). Sed vero oportuit,
loquar cum Moro, res admodum bellas fingat, quibus
tam mirandos attribuit effectus, nec tam stupidos & opacos
supponere, quam tellurem, in quam opinionem etiam splen-
dor illorum, eo facilius ipsum occidere potuit. Conf. con-
tra allata idem MORVS in Magni Myst. pietatis explanatio-
ne, Lib. 7. cap. 18. & sqq. Opp. Theolog. fol. 298.

(1) In-

(1) Ingenio autem pollere haud sufficit, sed eodem recte uti palmarium est. Excelsiores animæ, ut majorum virtutum, ita & vi torum capaces sunt. *Cartes. in de Methodo.* (2) Hebraeorum mentem iterum accurate reddidit. Ita enim R. *Mosis Aegyptii Commentator* hæc extulit in *דָתָה וְרֹאֶה*, perek. 2. th. 8.

וְשַׁנְיִ שְׁמוֹת וְזֵה מוֹת לְפִי מְלָחֵת כָּמו שִׁירָע בּוֹרָאֵת
וְגַת יְשַׁתְּנָה שְׁמֵת לְפִי הַשְּׁלִיחָה שִׁישְׁתָּלוּ בְּהַדְּ כִּצְדָּ
כְּשִׁישְׁתָּלוּ מֶלֶךְ לְרִפְאָוָת אָוָת קָרוֹא אָוָת רִפְאָל
Quo cum pulcre etiam consentit R. *Abraham*, in libro ad sapientiae semitam tertiam,
ita tandem concludens. *כָּל מֶלֶאכָת כְּפָום שְׁלִיחָותָה* Asherini Shmone
h.e. juxta vers. *Rittangelianam* p. 17. Uniuscujuscun que Angeli nomen juxta legationem ejus mutatur. (3) Nam sextantum nomina propria in S. literis juxta Theologorum observationes leguntur. Duo in Canonicis: 1) Michaël, 2) Gabriel. Quatuor in Apocryphis, ut: 3) Raphaël, 4) Uriel, 4. Efr. 4. 1.
(5) Hierameël, 4. Efr. 4. 36. 6) Sealthiel, 4. Efr. 5. 16. *Possevinus* autem in Appar. Sacr. Tom. I. p. 78. tres tantummodo agnoscit, Michael, Gabrielem, Raphaelem, cæteros pro dæmonibus habet, secutus sine dubio hac in re Concilium Romanum, sub *Zacharia Pontifice* habitum, vid. *Delrio disq. Mag. Lib. I. cap. 4. quæst. ult. p. m. 56. sqq. edit. Mogunt. 1624.* (4) Alias etiam ab ipsis rebus, quibus præficiuntur, nomina accipiunt. Sic Spiritus ♀ vocatur Nogahel, ♂ lis Semeliel vel Sameschiah, ♂ Jareahel vel Levanel, vel Latine, ut pro Cherub dicas Saturniel, pro Ariel Joviel, &c. Vid. *Agrippa l. c. L. 3. c. 28. & hypocriticus Salomonis R. adscriptus libellus Semiphoras*, pag. 4. qui vere est nugicanori crepus. (5) Hic Adamo præceptor adsignatur, autorque habetur ratiissimi libri רְזִיאָל, quem ex fragmentis, hinc inde allatis nunc di judica. Constat namque Magorum, Cabballistarum & Sapientum veterum est traditio, cuiilibet ex Patriarchis & Prophetis, suum proprium spiritum tutelarem a Deo fuisse tributum, qui eosdem excellenter informasset in quibuslibet utilibus scientiis, atque in vita actionibus prudenter instruxisset & rexisset. Sic

Adamo assignant Razielem, Semo vel secundum alios Noꝝ, Thophielem, Abrahamo Zadkielem, vel Zabdielem, qui est Archangelus ille, dominium habens in stellam Jovialem, Jacobo Pelielem vel Pelajum, Tobiꝝ Raphaelem, quem alias etiam Isaaco ad. judicarunt, ne Tobias eo solus primusque gloriaretur. Davidi Cervielem, Ezechieli Hæzmaelem, Esrꝝ Urielem, Salomoni Michaelem, Josepho, Josuꝝ, Danieli, Gabrielem, Mosi Metatronem, Eliꝝ Meltielem. Conf. Reucklinus de Cabbala p. m. 741. præcipue vero, quia denominationum rationem pluribus exponit, Rob. Fludd. cap. 2. part. 3. de Genethlial. Lib. 3. (6) Aurea, summe que necessaria est observatio, omnes Hebræorum Patres Talmude haud antiquiores, recentiores esse, si cum antiquitate veræ Cabbalæ conferendi veniant. Vid. Mornis in Ulter. Disq. Tom. I. Opp. Philos. fol. 458. (7) Palpabile hoc est indicium corruptæ, per admixtionem Græcanicæ philosophiæ, Ebræorum sapientiæ, adeo ut ne quidem liber יִצְחָק, omnium tamen Cabballisticorum antiquissimus, ab his nugis astrologicis immunis præservatus fuerit, cuius rei luculenta testimonia vid. ap. Cel. Morum in Scholiis ad cap. 2. conseſt. 3. Ulterioris Disq. fol. 463. quibus non manipulo quodam, sed plenis quasi plaustris, quamplurima alia etiam ex libro רַבְנֵי רַזְיאָל atque רַזְיאָל, facillima opera adderemus. Conf. interim idem Mornis in sua pro Cartesio Apologia Tom. I. cit. f. 125. sqq., ubi ad mentem Aristotelis de his ridiculis intellegentiis dissertat. Item Ricciolum Almagesti Novi Part. post Tomi I. Lib. 9. sect. 2. fol. 248. sqq. Parum namq; hodie moramur D. Thomam, qui Opusc. c. 10. art. 3. & Opusc. c. 11. art. 2. fidei sententiam esse putat, quod angeli moveant corpora coelestia. (8) Rabbini & Cabballistæ eum ceu tutelarem assignant Abrahamo. Vid. Michaëlis in Gaffarelli Curios. inaud. p. 328., & B. Schickard. in בְּחֹדֶש pag. 89. (9) Isaaci hic quondam fuit tutelaris secundum eosdem, vid. II. cc. ne scil. Tobias solus atque primus hoc pharmacopola gloriaretur. (10) Apertioribus verbis hic mysterium Iniquitatis, abyssumque Satanæ prodere debuit, Petr. Pomponatius loc. cit. p. 120. -- 123. Quamquam Deus sit omnium causa, penes tamen Aristotelem nil operari valet in hoc sublunari mundo, nisi medi- antibus

antibus corporibus coelestibus, tanquam instrumentis per se & necessario requisitis, ad factionem & conservationem horum sublunarium, quod etiam ex Arist. probari potest —. Quod enim corpora coelestia omnium inferiorum operationum sint causæ, aut totales aut partiales, aut cogentes aut disponentes, respondeat mihi assertas oppositum. Unde tot auspicia tam certa pronunciata fuissent, nisi ex astrorum peritia —? Verum est, corpora coelestia non solum sic dirigunt homines, verum etiam manifesta indicia futurorum eventuum dant hominibus, modo in somniis, modo in vigiliis secundum apparitionem diversarum figurarum —, non minus etiam siendorum, corpora coelestia dant signa in hominibus, verum & in bestiis ut loquantur, ut non comedant —: dant in aëre, ut voces audiantur, aves appareant, &c. &c. ita stolide philosophatur Pomponius. Conf. cundem ulterioris illustrationis causa, p. 126. sqq. 144. sqq. 159. 169. Magis perspicue & speciose hunc influxam, descripsit Rob. Fludd in *Physica Mosaica*, Sect. 1. Lib. 4. cap. 2. fol. 29. b. columna 2., ita tamen ut ab Pomponio ceu Aristotelico, qui fol. 40. sqq. vapulant, in hypothesibus ceu Philosophus Scripturacius dissideat. Ipsum locum, quominus transcribam præfixi dispp. nostrarum termini, impediunt. Conf. adhuc idem Fludd libro hoc cit. Sect. 1. Lib. 5. cap. 30. fol. 45. (1) Trithemio scribitur Orifiel, coepitque regimen illius d. 15. Martii, (qui alias Judæis initium dabat anni Ecclesiastici cum Novilunio,) observante B. Sturmio in Tyro. Chronol. fol. 2, anno mundi primo. Quasi vero lis ita perorata esset de die annoque mundi conditi, Vid. vel plures, quam 100. Chronologi certe incomparabiles inter se mirum in modum dissentientes, longa serie apud meritissimum seculi nostri Polyhistorum, Joh. Alb. *Fabricium* in *Bibliogr. Antiqu.* cap. 7. §. 7. p. 187. 192., & Michaëlis Notas ad *Gaffarellum* p. 180. sqq., Rob. Fludd dicitur etiam hic Orifiel, Zopkiel. Apud Michaëlem l. c. p. 363. Præses ♂ dicitur Sabathiel, ♀ Zedechiel, ♂ Adamiel, ♂ Semiel, ♀ Nogael, ♀ Cocabiel, ♂ Levaniel. Quæ omnia ex Leonis Ebr. Dialog. de amore Dei, in Volumine Scriptorum Cabalisticorum Pistoriano pariter conspicuo, hausit, multisque ac utilissimis observationibus illustravit. Sed vero conferas nostram

notam 6. & 7. hujus §. (12) *Tribemius* sub init. Polygraphiæ Libri VI. ita: mensibus 4. ac diebus horisque totidem, quamvis modus, dies calculandi sit aliquantulum intricior, horæ autem, nonnunquam etiam ipsi dies omittuntur, forsitan quia exactam de hisce & infallibilem adeo notitiam habere haud possumus. Sic si quis v. g. annum 1. regiminis Michaelis investigare velit, annos hosce 354. mens. 4. per 6. (nam postquam 6. priores, exarchi facti fuerunt, hic imperio demum admotus fuit,) multiplicet, proveniet A. M. 2126. quibus si suos 354. annos & mens. 4. addideris, primum iterum habebis annum repetiti regiminis Orificielis. Si porro tertias regiminis Orificielici vices nosse cupis, hosce annos 354. mens. 4. per 15., cum nunc in regimine Planeta quasi XVtus audiat, multiplicato, proveniet A. M. 4960. mens. 8. qui est primus imperii annus, adde 354. annos, habebitis annum N. C., qui hujus anni mense 8. d. 25. Decembr. natus supponitur. (13) Ex archetypo hic tract. 1545. conscriptus fuit, subiectiturque Ejusdem Polygraphiæ Libris VI. Argent. 1631. in 8. edit. Titulus est: *de 7. Secundeis seu Intelligentiis, sive Spiritibus orbem post Deum moventibus.* Reperitur quoque hic tractatulus, sub tit.: *Chronologia Mystica*, Tom. I. Ejusdem Opp. Historicorum a. 1601. in fol. typis Wechel. editorum, statim sub initium. (14) Sic, e. g. multiplicata 354. annos, 4. mens., per 20. proveniet A. M. 6332. mens. 4. d. 4. Jun. s. A. C. 1525., qui erit primus annus tertii regiminis Gabrieли. Vides adeo præsentem, multosque subsecuturos annos hujus regimi subesse. Hinc quoque *Tribemius* his verbis tract. concludit: *Hujus revelationis futura series prophetiam requirit, quæ scil. hactenus adduxerat ita comparata erant, ut ad quemlibet πλανητινū applicari potuissent.* Infallibili prorsus modo hæc ad bellum Turicum applicari possunt. Si enim Turæ inferiores discessuri sunt, Dñæ influentiam illis adversam fuisse judicabis, contra vero, quod Deus averruncet, si Turæ victores extitissent, tunc Dñ ceu præcipuum Turcatum insigne crevissé censeretur, vel etiam alio modo ad Eccles. Rom. applicari potest. (15) Conf. *Schemhamph. Salomonis* nequam pag. 18., qui *Agrippam* non tam sequi, quam vertisse videtur. Appellantur quoque hi spiritus ab ipsis

ipsis signorum nominibus, quibus præsunt, sic qui **V** præst dicitur Teletiel, vel latine Ariel, qui **S** Suriel, lat. Tauriel, qui **T** Tomimiel, lat. Geminiel. (16) Rob. Fluddo dicitur etiam Zarachiel, in Philos. Sacra seu Cosmologica Meteorologia. Caveas hinc contradictionis Agrippam accuses. Ipse met namque sèpius monet, nil frequentius in nomenclatura obvenire, quam quod quidam Angeli sint ejusdem nominis, sicuti hoc etiam inter homines haud raro evenit. (17) Fluddo dicitur Advachiel. (18) Pulchre, sicuti in cæteris omnibus ad ipsam fere literam usque, consentit Fluddo Sect. I. part. 4. part. 2. Lib. 4. membr. 2. cap. 3. fol. 221. sqq., Meteorologias Cosmicæ. Mirare, Philosophos, qui vel solo, atque adeo amabili MOSAICORVM nomine ad decipiendum sufficiunt, atque auctoritate ad id pollut, sic ex Platonicis, non vero Sacris literis profecisse. (19) Conf. Rob. Fludd. I. c. cap. 6. fol. 256. (20) Hæc sententia totidem verbis a Sorbonna A 1398. d. 19. Sept., ceu erronea damnata fuit, quod judicium seu decretum integrum nobis conservavit, Bodinus I. c. præfat. plag. *** 3 sq. (21) ita & Schemhamph. Salomonis nequam, pag. 4. imo Rob. Fluddus in Phys. Mosaica Sect. I. Lib. 4. cap. 2. fol. 191, pariter quatuor angelos, ventorum statuit Præfides & Gubernatores, ita tamen ut illos subjiciat magno illi angelo, (Spiritui naturæ,) a quo virtus essentialis cuiuslibet venti caufaretur. Rapiuit hue dicta, Ezech. 37. 9. Apoc. 7. 1. sq. Matth. 24. 31. Eccles. 1. 10. Psalm. 103. 20. Conf. alias pluribus, idem Armiger atque in Medicina Doctor Oxoniens. de ventis I. c. fol. 40. sqq., ubi sect. I. prolixè contra Aristotelicos disputat. (22) Juxta Cabballistas præsunt terræ Raphaël, aquæ Michaël, igni Gabriel, Spiritui (aëri scil.) Nuriel. Vid. Kabbal. Denuo. Tom. 2. part. 1. p. 129. Nomina autem Angelorum ab Agrippa adductorum, Ebraica & ab Elementis cui præsunt, petita sunt. (23) An quilibet provincia, & quilibet homo pius angelum custodem habeat, incertum est, afferre tamen ab heresi alienum, juxta Θεολογικάτατον, SCHERZERVM in Syst. Defin. Loc. 4. §. 12. p. m. 103., aliosque per plures, eosque magni pariter nominis Theologos, apud Michaëlis in notis ad Gaffarellum p. 318. citt. conf. & §. 20, hujus tractationis. Deterstanda

standa iterum sunt, quæ hac occasione suggestit אַרְפָּחָתִים, aphor. 31. p. 25. sqq., svadens talem Angelum certæ alicujus provinciæ & regni, in quo emergere aut imperare optarem, debere ligari. So wird dir dasselbe Reich müssen unterthan und unterworffen seyn, so lange der Fürstliche Engel von einem nachfolgenden Mago seines Gehorsams nicht erlassen wird, &c. aphor. 32. ita: also auch die Römer aus den Büchern der Sybillen unterrichtet, haben sich gleicher Gestalt zu Herren der Welt gemacht und eingesetzt —, aber die geringere Magistrat und Herrschaften, haben die Stadthalter der Fürsten (qualis erat subdæmonium seu subintelligentia Nathael, respectu OCHI sui principis,) zu geben, dero wegen, welcher zu einem geringen Amt und Dignitat Begierde hat, ille conjuret magicis carminibus aliisque modis talem Locumtenantem, sic voti compos fieri poterit. Qualiter autem provinciæ & regna planetis distribuantur, vide sis ap. Agrippam de O. P. L. 1. c. 31. p. 63. Soli, inquit inter cætera, cum suo Leone subiectæ sunt Italia, Apulia, Sicilia, Phœnices, Chaldae, Orsenii sive Orchenii, &c. (24) illustremus nugivendulos nugivendulis, &c. g. Cum princeps quidam Angelorum, qui Egregori dicebantur Semixas, descendenter in terram atque amore erga hominum filios, (Gen. 6. 2. sqq.) caperetur statim quoque eundem secuti fuerunt, sui Ministri, (Regis namque ad exemplum &c.) Atarcuph, Arakiel, Chababiel, Oramamel, Ramiel, Sapsich, Zakiel, Balkiel, Ayalzel, Pharmaro, Amariel, Anagema, Tausael, Samiel, Sarina, Eumiel, Tyriel, Zamiel, Saviel. Vid. fragm. Libri Enoch. & pendendas numm. 21. sqq., miram hujus regni tenebrarum dissensionem. (25) Vid. notam 7. hujus §. (26) Vid. Clavis Philos. & Alchim. Fluddanæ a. 1633. Frfti. in fol. edit. in respons. ad Exercitatt. Gassendi fol. 39. (27) unicum nominare liceat Atlantem, scil. Magnum RICCIOLVM Almagest. Novi Tomo 2. l. c f. 251. sqq. Conf. sis Ottonis CASMANNI Cosmopoeja & Uranogr. p. 385. sqq. (28) Quemadmodum enim per divinam fidem mortui exfuscentur, montesque conjiciuntur in medium mare; ita per fidem naturæ, influentiam stellarum, quæ omnia naturæ secreta cognoscunt, ad numerum obtineri potest, quo naturaliter præsciri potest, quid sit futurum.

Gregoria

Egregia hæc sunt deliria somniotorum paraphrasti, *Theophrasti apud Morum Tom. 2. Opp. Philos. fol. 210. Conf. not. 10. sq. §. 15.* Hinc etiam CARDANVS, scævus ille atque tortuosus scriptor, (juxta Morum Myſt. Piet. Explan. Lib. 7. c. 17. §. 4. fol. 296. Opp. Theolog.) Libro de supplemento Almanach. c. 22. Tom. 5. Opp. fol. 590. b., fortunam & efficaciam religionis Christianæ 24 & ¶ tribuit. Blaspheme! Doctissimum toto hoc libro Astrologicarum O. nirocriticarumque vanitatum agit spermologum, ita etiam, ut quilibet superstitionisfissimorum, sat in eo pabuli sit reperturus. Conf. in antidotum Autores ad not. 9. §. 15. citatos.

§. XIV.

Finem FORMALEM Theurgiæ statuam ipsam cum spiritibus familiaritatem, de qua quæritur. *An desiderium cum uno alterove bonorum spirituum, qui professioni nostræ aptus judicaretur (vid. §. II.) consuescendi, aut si cui successerit, ut re ipsa arctiorem cum nonnemine ex iisdem colat amicitiam, sit statuendum?* præsertim cum in propatulo sit, nec ab homine profano hanc familiaritatem curatum iri, nec, cum lux tenebris haud cohabitet, obtineri, ipseque fructus conversationis nullus alius nisi saluberrimus, & haud poenitendus expectari posse videatur. Nos breviter ita sentimus. Desiderium cum bonis spiritibus conversandi, quo minus reprehendi possit, tantum abesse, ut potius laudandum ac defendendum judicavero. *Uti enim aromata odorem semper aliquem affricant tangenti, sic boni nobis auram aliquam virtutis (1).* Hinc si eiusmodi homo ex ē solo agnoscī haud posset, ex socio tamen æstimandus veniret. *Quod etiam tum in naturalibus, tum aliis quibusvis optimis scientiis (2), multa perutiliter ab eodem addisci possent, nemo qui nostram cum angelica comparabit scientiam, negaverit.* Omitto ea, quæ DREXELIVS probatae alias sanctitatis Lolium (Lojolita), unico huic suo tutelari (3), quem spiritum familiarem hodierno sensu haud salutarem,

G

se

se accepta referre debere, passim gloriatur. Taceo, quæ amicus Bodini de suo genio monitore narrare solebat. Transf. CASPARVM SCHOTTVM Magie sue universalis, naturæ & artis Tomum XIII. 9q; libris constantem, Angelo tute-
lari dedicasse ad morem Drexelii. (Conf. interim Reimman. de H. L. Germ. Nov. contin. Libri 2. Sect. 3. p. 133.) aliaque,
quæ vero adhuc majorem excitare possent suspicionem, huic persimilia. Quomodocunque autem se tota hæc res habeat, & quantæcumque etiam gloriæ, dignitatisve censeatur, cum beatis spiritibus familiarem esse, nihilo secius tamen hancc familiaritatem, præsertim idiotæ, & hocce cum primis seculo, quo aliorum illusiones tot exemplis nos cautos esse debere admonent, cuilibet etiam pientissimo ac scientissimo dissuaserim. Nos enim ex revelationis gratia novimus, I. quod Spiritus pariter malignus cogitata cordium nostrorum probabiliter expiscari possit, nosque sollicite observet, varia-
que, habita cujusvis temperamenti ratione, nobis incautis tendiculas ponat. II. Quod Spiritus hic nequam seu princeps tenebrarum, sub habitu sanctissimi lucis angeli apparere pos-
sit (4), tum intra nos, tum extra nos (5). Cedo autem nunc in apparitione, externa tuæ discretionis signa (6). Ipsamet etiam III. experientia edocemur, quam raræ hodie humano generi obtingant spirituum bonorum apparitiones, colloquia item atque conversatio. Inquiramus robur viresque no-
stras, nosque cum Abrahamo vel alio quopiam V. T. fidi, cui crebrius cum Angelis, tum Increato tum creatis interce-
debat commercium, conferamus, judicaturi: quid nobis in solitudine versantibus, animi futurum, si ex improviso spiri-
tus aliquis, insolita profecto mortalibus species! claritate ve-
stitus appareret, & confabulandi materiam offerret (7). Cer-
te, maximo animi horrore nos perculsum iri, atque ex hac nimia

nimia perturbatione in varios, ob adeo extraordinarium sensuum nostrorum tumultum, nos conjectum iri errores, nemo qui passiones animæ speculatus fuit, negabit. Jam vero tantum abest, ut Patriarchæ ceterique V. T. fideles angelorum colloquia reformidarent, ut potius eosdem sine operosa disquisitione, cujates essent? illico in ædes receperint, illis ministraverint, atque in bona charitate cum iisdem epulati fuerint. Taceo longe majora, quod scil. ipsius DEI, modo non iratum se fore præminatus fuerat, visionem, imperterriti sustinuerint, & sine multis verborum dubitationumque, an scil. etiam hic qui apparuitset, Non Deus esset, ambagibus, haud secus ac filii cum Parentibus, quibus quotidie utuntur, fruuntur, sermones miscuerint. Ex quibus omnibus id eliquabimus, illos ex crebriori cum Deo, bonorumque spirituum conversatione, certa quædam, nullique nescia spiritus dignoscendi, possedisse criteria (8), quæ vero paulatim hisce maxime postremis diebus, quibus NB. *ultimo* Deus per suum nobiscum Filium collocatus fuit, uti crebriores revelationes, cum multis aliis egregiis traditionibus perierunt. Bone Deus! quamnam salutis anchoram haberemus, si non certi essemus, omnes visiones, apparitiones &c. Prophetis factas, vere ceu divinas ab iisdem fuisse habitas & agnitas. Spinosæ triumphum silebo (9). Quilibet nunc IV. concedet, amicitiam cum spiritibus bonis contrahendam, esse aleam periculi plenissimam (10). Nam ex iis, quæ n. I. & II. dimicimus, patet, etiam Diabolum nos facili opera ob agnatam nobis philavtiam posse ludificare, offerendo semper ea, ad quæ jam natura proniores existimus, quæque si vel centies alias pro illicitis haberentur, sub limitatione, distinctione, præsumptione sublimioris talium rerum scientiæ (II), breviter: quod philavtia nobis multo delicatior semper adblandia-

tur quam Simsoni Delila, pro concessis, tandem indifferen-
 tibus ac prorsus licitis reputemus. Addo his omnibus, quod
 ex num. III. clarum sit, nos in apparitione spirituum, eorum-
 que discretione, quavis esse talpa coeciores, adeoque peri-
 clitari debere, ne Beelzebub pro Michaële elegerimus. O
 nos miseros mortales, qui ne quidem ab hominibus, ejus-
 dem nobis per omnia speciei & essentiæ, & quos cottidie vi-
 demus, satis tuto nobis cavere possumus! Quoties non circum-
 foraneos Thrasones pro Doctoribus aut Eloquentiæ Profes-
 soribus, sacculatores pro Baronibus & Nobilibus, Ranam pro
 Diana, Pietistas pro piis, doliaque tinnientia pro plenis non
 inanibus amplectimur, suspicimus & veneramur! Paucissimis
 accidit, concedamus, non vero ita loquamur cum Bodino, id-
 que singulari Dei beneficio, ut quis societatem cum Angelo Dei
 contrahat. Sed fieri etiam potest, ut vir amans virtutis & ti-
 mens Deum preces apud ipsum fundat. affidue, neque tamen a
 Deo donetur spiritu, sed ea solum modo sapientia & prudentia,
 qua fuerit opus: aut si forte Angelum bonum ad custodiam illi
 addiderit —, Angelum tamen Dei presentem nec cernat, nec sen-
 tiat. Quæ autem alias 1) ex interna animi convictione, hanc scil.
 quæ obtingit apparitionem, certo esse divinam, & quod 2) nulla
 Scripturæ contraria in eadem animadvertisceat, B. SPENERVS
 (12) argumenta desunxit, rem omnem haud conficient.
 Cum, 1) incredibilis prorsus hic detur, & ex regulis etiam
 artis aliqua requiratur phantasæ illusio (13). 2) Cacodæmon
 Psalterium allegare noverit, saltem ita speciose, ut idiotam
 facile obtundere possit, neque 3) angelo quidem NB. bono
 credendum esse, etsi vel millies non contra, sed præter Scri-
 pturam concionatus fuisset. Imprudenter itaque atque di-
 abolico instituto, illorum aliqui mihi semper egisse visi fue-
 runt, qui adeo generaliter conversationem cum dæmonibus
 non

non solum deprædicarunt, sed & modis omnibus cuilibet commendarunt (14). Possibilitatem ceteroquin cum bonis Spiritibus conversandi hinc a nobis suppositam L.B. fuisse memineris.

(1) *Lipstius Cent. 1. Epist. 78. p. m. 105.* (2) *Hæc L. B. si nos, nostramque famam amas, sollicite observes. Vides namque, res, quæ ad religionem fidemque spectant, hic plane a nobis excludi, scientibus, revelatum Dei verbum, vel ipso lumine Thaboritico, imo quod admirandum, ipsis prophetiis esse firmius, clarius & perfectius.* Hinc nec confisi fuissimus illi genio, qui uni ex Bodini amicis per ardentissimas preces obtigit, licet si hoc obstaculum abfuisset, potius huic viro, de tanto atque extraordinario Dei favore gratulandum, quam reprehendendum censuissimus. *Vid. Bodini Dæmonom. Lib. 1. cap. 2. p. 20 -- 26.* Nec cum Archangelo Minorita l. c. fol. 816. assereremus: *Omnes homines diversorum spirituum regi ministerio, ducique ad quemcunque gradum virtutum, meritorum & dignitatis, qui se illis dignos præstiterunt.* Quin potius exsecratur, impiam vanamque *Arbatelis περὶ φατνῶν* pro pallianda spirituum per preces consociatione allatam, Aphor. 14. p. 12. his verbis: *Dieweil ich denn auch ein hertzlich Verlangen habe zu erforschen und zu wissen die nothdürftigen Künste, so da dienen zu Auffenthalt dieses zeitlichen Lebens, dieselben aber mit so dicker Finsterniß umbgeben, und mit unzähllichen menschlichen Opinionen verfälscht und befleckt seind, das ich wol mercke und verstehe, wie unmöglich es mir ist, da ich dich nicht zum Lehrmeister habe, einigen — Grund durch meine — Kräfte in denselbigen zu erlangen: So woltestu mich einen von deinen Geistern senden und geben, der mich das alles unterweise und lehre, was du wilt, das wir Menschen erkennen und wissen sollen, das da dienet zu deinem Lob und Ehren, und zu Nutz unsers Nächsten, &c. &c.* (3) *Tractatum suum, quem inscripsit Horologium Tom. 1. Opp. Ejus p. 431. sqq., conspicuum, Angelo suo tutelari dedicavit. Docuisti me, inquit inter cetera, sepius, varie instruxisti, admonuisti fideliter, correxiſti frequenter, diu noctuque*

me defendisti, constanter rexisti, imo haec ipsa monita, quæ isto horologio proposuit ex ore hujus angeli se didicisse testatur, in civitat. Dedicat. (4) Hinc stolida Scholasticorum quæstio, utrum Cacodæmon in specie Christi apparens, sine peccato adorari possit, de qua post Scherzerum Syst. Loco. 19. §. 16. p. m. 566. Consummatissimus seculi nostri Theologus JO. FECHTIVS, Preceptor atque Hospes quondam noster, de nostris studiis meritissimus in thesibus moralibus §. 14. Imo quod re vera B. Lutherò in forma Christi apparuerit, appareat ex Ejus Colloq. Mensal. cap. 1. p. m. 20.: nec dum memoria nostra excidit, quod ante 20. annos in pago Ober Crossen prope Ullstadium in forma columbae apparuerit. Vid. B. Schelgagii Synopsis Controvers. Anti-Pietist. artic. 4. qu. 5. citatique ab eodem Autores. (5) Pertinent hoc divi Lutheri verba, Tom. 7. germ. fol. 29. ad Gal 1. allata: Es ist der weisse und schwarze Teufel, der weisse schöne Teufel, der die Leute zu geistlichen Sünden treibet, welche man nicht vor Sünden, sondern vor eitel Gerechtigkeit hält, und vertheidiget, der ist, der den grössten Schaden thut, gar vielmehr denn der schwarze Teufel, welcher die Leute allein zu denen groben fleischlichen Sünden treibet, die so fentlich sind, daß sie auch Türcken und Heyden für Sünde erkennen mögen, quæ latine iterum exhibentur, Tom. IV. Latin. Jenens fol. 15. b. Conf. etiam Delrio Lib. 5. sect. 16. p. m. 908. Imo A. 1535. Diabolum inter peccata confitentes repertum fuisse, testatur Wolfius Lect. Mem. Tom. 2. Cent. 16. p. 508. Conf. autem Morrus ad §. 4. not. 2. (6) Svatet equidem אַרְבָּעָהָאָל Aphor. 40. p. 30. spirituum probationem, sed notas discretionis omisit, aut nullas producere potuit. Vide quam ridiculæ in discernendis Angelorum, a solorum beatorum hominum apparitionibus rationes afferantur, ap. Delrionem D. M. L. 2. Qu. 26. Sect. 3. p. m. 253. sqq. atque Sect. 4. sqq., plura hanc in rem, apparitionum exempla. Cabballistæ in Libro Sohar tria statuunt dæmonum genera, 1. Angelis est simile, 2. hominibus, 3. brutis. Vid. Kab. denud. Tom. 2. Part. I. Tract. 1. p. 129. Quæcunque autem Io. Bodinus Lib. cit. c. 3. protulit signa, ita comparata sunt, ut mihi haud satisfaciant. (7) Reuchlinus de arte Cabballist. fol. mihi. 697. Magna uti notum, inquit,

inquit, hominum est perversitas, quidam satis grati, & ea sorte contenti sunt, Angelos in forma humana vidisse, alii in forma ignis, alii in forma venti ac aëris, alii in forma fluvii ac aquæ, alii in forma volucrum, alii in forma gemmarum aut mineræ, aut pretiosorum lapidum, alii in energia prophetæ, alii in spiritu quodam habitante intra se, alii in literarum ac characterum figura, alii in sonitu vocis, & sic de pluribus visionum speciebus in S. Script. deprehensis.

(8) Conf. Heideggerus in H. P. T. I. disp. 3, §. 15. sqq. omnesque Autores, qui contra Tractatum Theologico-Politicum ejusque cap. 2. p. 7. sqq., calamus rite strinxerunt, item Delrionem D. M. L. 2. Q. 28. S. 4. p. 397. & Lib. 4. cap. 1. qu. 3. (9) De Enthusiasitis hæc ap. Gaulmizum in notis ad Psellum p. 107. καλένται δὲ ἐκ τῶν πράγματος ἐνθυσιασταί. δαιμονος γαρ ἐνεγγείαν λαβόντες, πνέυματος δύσις εἶναι τάπτην υπολαμβάνουσιν &c. (10) Conf. Lutherus ad not. 5. Ipse Arbatel aphor. 34. p. 26. sincere fatetur: Eine iede Aufforderung der Geister ist einerlei Art und Gestalt. Zu unsfern Zeiten ist Sie durch Unwissenheit und Gottlosigkeit NB. ganz und gar verloren und unbekant geworden. Und was davon noch vorhanden mag seyn, ist verfalscht mit unzähllichen abergläubischen Dingen, quod testimonium vel solum tanti aestimo, ut ex eo nungicanoricrepo Autori impurissimum os satanicasque fauces me obturaturum confidam. (11) ibidem. (12) cui perquam & sat honorificum suspendit elogium Vir S. R. D. Goezius Meletem. Annæb. p. 1104. Ipsi autem, quæ hue spectarent Speneri verba ap. B. Schelguigium in Suppl. Synops. p. 69. sq. extant, ex quo etiam ea, quæ §. 12. ex Spenero, quia haud prolixa erant, protulimus, didicimus. Conf. etiam אַרְפָּחָת Aphor. 45. p. 33. Prolixus hic quoque est Delrio I. c. L. 4. c. 1. qu. 4. (13) Arbatel aphor. 12. p. 11 ita delirat: Dass du aber der Wahrheit gevviß seyst, und nicht zvveiffelst, ob der Geist, der mit dir redet, vvahrhaftige oder falsche Dinge redet, (caveas nunc Satanam,) diss liegt an deinem Glauben und Vertrauen an Gott, dass du mit Paulo sagen mögest: Ich vveiss und bin gevviß vvem ich vertraue. Denn so kein Sperling ohne den Willen Gottes auf die Erde fält, vvie viel vveniger vvird dich Gott von einem Falschen betriegen lassen,

sen, so du allein an Gott hängest, und an Ihm bleibest. Misera profecto atque impia Logica. (14) Huc refero Reuchlinum, qui post illorum 72. Angelorum, quorum nomina ex Dei nominibus conflantur, enumerationem, hæc subjungit: *Presto jam sunt ad manum Viri optimi, cum quibus non modo ab imi pectoris penetratibus clandestina colloquia mussare: verum etiam expressas quoque voces miscere, & quemlibet symbolico suo nomine invocare queatis,* subjungit etiam fol. 699. sqq. Voluminis a Pistorio collecti, pia ad Deum suspiria precesque fundendas, pro qualibet horum 72. Angelorum obtinendo: Item Deliophilum Philirini in sua Theolog. & Scientia una & universali, contr. 7ma. qua Spirituum Olympicorum conversationem nobis commendat, atque *Anonymum* aliquem Scriptorculum, der curieusen Erwiegung der Worte Mosis Gen. 6.2., qui vero non tam nova, quam veterana, præcipue vero ex Agrippa noviter recocta, protrusile mihi videtur. Vid. Altes und Neues aus dem Schatz Theolog. Wissenschaften, pag. m. 417. sqq. Cel. autem DETHLEVUM CLUVERUM huc haud referrem: Nam postquam apparitiones Angelorum negati haud posse alleverat, pergit, daß aber die Wege sie sichtbarlich her zu führen annoch verdeckt sind, daß auch solche verbotene Mittel die Geheimnisse von ihnen zu erlernen nicht müssen ergriffen werden, und daher solche Magie als ein eiteles Bemühen zu verwerfen steht, weil noch niemahls einer auch von Hoch-erleuchteten, so sich einer täglichen Conversation der Geister berühmet, ichts etwas sonderliches, so zur Erfährtung Gottes und der Natur behülflich seyn könnte, an Tag gebracht, und alles, was zu erfinden steht, auf der fleißigen Application des Gemüths und NB. Erleuchtung des Verstandes von dem höchsten Licht, dem Geber alles Guten beruhet, so daß, wer sich selbsten aus dem Stande der Unwissenheit in einen Kenner der Wahrheit transformiren will, alle Zuwege meiden, und diesen alsdenn sichersten erwehren muß. *Nova Crisiss Temporum* part. 1. p. 85. Nec est, quod imprudenter objicias Ejusdem Philos. Welt-Mercurium, Part. 2. p. 8. Intelligit namque ibidem Scitissimus Autor, per Spiritus; Vires seu Facultates certa proportione agentes.

DISPU-

DISPV TATIONVM MAGICO - THEVRGICARVM
DE
CONCILIATIONE
SPIRITVVM,

TER TIA

EXHIBENS

HVI S ARTIS

SVBIECTVM ATQVE MEDIA,

QVAM

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,


DN. GVILIELMO HENRICO,

SAXONIÆ, JULIACI, CLIVIÆ, MONTIVM,
WESTPHALIÆQUE DVCE, ETC. ETC.

BENEVOLO SVPERIORVM INDVLTV

IN ILLVSTRI SALANA

*Numisma aureum
ad pag. 68.*



SVB PRÆSIDIO


M. DAVIDIS RICHTERI, GÜSTROA - MECKLENB.

PUBLICE TVEBITVR AD D. JULII A. CIC 10 CCXVI.

GEORG. ERHARD. HAMBERGERVS, Jenensis.

JENÆ, APVD JOH. BERNH. HELLERVUM.





DISPUTATIO III.

§. XV.

Candidatum igitur seu SUBJECTVM (1), in quod hi fines per media mox subsecutura introduci debent, quod attinet, miranda ab eo requiritur dignificatio (2), tum ratione ipsius mentis, tum etiam ratione corporis (3), si quidem in verum Magum & mirandorum operatorem feliciter evadere velit. Totius namque mentis dignificatio est necessaria, quia Intellectus summa mens anime, solus est mirandorum operator (5), qui, cum nimio fuerit carnis demersus commercio, & circa sensibilem animam occupatus, nullum mereatur divinarum substantiarum imperium (6), ideoque multi frustra hanc artem prosequuntur. Oportet nos itaque, qui ad tantam altitudinem nittimur duo potissimum meditari, unum videlicet, qua ratione affectus carnales caducumque sensum, materialesque passiones deseramus (6), alterum, qua via & quo modo ad purum ipsum intellectum Deorumque virtutibus conjunctum (7) ascendamus, sine quibus haud feliciter unquam ad rerum secretarum scrutinia atque admirabilium operum virtutem (8) scandere possumus. In his enim tota consistit dignificatio, quam praestanti. Natura, 2. Meritum, 3. Ars quedam religiosa, & 4. Naturalis dignitas: 1) IPSA est corporis organorumque optima disposicio, animam ipsam nulla crassitudine obscurans: nec ulla tumultu aut humore preveniens. Et haec provenit a situ, motu, lumine & influentia corporum animaliumque coelestium (9), que in

H

Genesi

Genesi cuiusque versantur, ut sunt: quorum IX. domus per h (10) ⊖ & fortunata est. Mars etiam in IX. domo spiritibus imperat (11). Qui vero talis non fuerit, necesse est, ut natura defectum educatione optimoque regimine, & rerum naturalium prospero usu recompensem, quoisque omni perfectione intrinseca completus evadat (12). Hinc tanta diligentia precavetur in lege Mosaica de Sacerdote, ut sit impollutus a mortuo, a muliere vi-
dua, a menstruata: quod sit liber a lepra, a fluxu sanguinis, ab hernia, sitque (13) integer in omnibus membris, non coecus, non claudus, non gibbus, non naso deformi. Et Apulejus (14) in Apologia sua dicit, puerum magico carmine divinationi initandum, oportere eligere sanum, incolumem, ingeniosum, decorum, integrum animo, solerter & ore facundum, ut in eo divina potestas quasi bonis adibus veretur, atque ipse pueri animus cito expertus ad divinitatem suam (15) redigatur. 2) MERITORIA AVTEM DIGNITAS duobus perficitur, doctrina videlicet & opere. Doctrina finis est verum cognoscere. Oportet ergo, sicut circa principium libri I. dictum est (16), in tribus illis facultatibus (17) eruditum & expertum esse; deinde sublatis impedimentis, animum ipsum contemplationi penitus admovere: & in se ipsum convertere (18). Inest enim nobis ipsis rerum omnium apprehensio & potestas (19), prohibemur autem, quo minus his fruamur, per passiones ex generatione nobis obstantes, per imaginations falsas & appetitus immoderatos (20), quibus expulsis, subito adest divina cognitio atque potestas. Operatio autem religiosa non minorem efficaciam sortitur, que sepe etiam se sola, efficax est ad acquirendam nobis deificam virtutem. Tanta enim est virtus sacrorum operum rite factorum exhibitorumque, ut etiam, licet non intellecta (21), pie tamen & integre observata, stabilique fide credita non minorem habeant efficaciam, nos divina potesta-
te decorare. Quae vero 3) ARTE RELIGIONIS acquiritur, dignitas,

dignitas, ipsa religiosis quibusdam ceremoniis & expiationibus, consecrationibus sacrisque ritibus perficitur, ab eo, cuius spiritum publica religio consecravit: qui potestatem habet impositionis manuum & initiandi virtute sacerdotali, ex qua imprimitur character divinae virtutis atque potestatis, quem vocant divinum consensum, quo homo divina natura subnixus, & quasi coelitum consors effectus, insitam numinis gerit potentiam, & hic ritus inter Ecclesiastica Sacraenta relatus est (22). Si igitur nunc fueris homo sacra religionis mente perfectus, qui PIE constantissimeque de religione sentias, & sine hesitatione credas (23), fuerisque talis, cui autoritas sacrorum, naturaque præ ceteris contulerint dignitatem, quem numina minime contemnant, poteris orando (24), consecrando, sacrificando, invocando, virtutes spirituales atque coelestes attrahere, & rebus tuis, quibus velis imprimere, omnique scientiae magicalis opus ea ipsa vivificare. Quisquis autem præter autoritatem officii absque sanctitatis & doctrinæ merito, præter naturæ educationisque dignitatem, aliquid in magicis operari presumserit, sine fructu laborabit, ac se simul & credentes sibi decipiet, ac numinum indignationem NB. cum periculo incurret (25). Quæ quamvis prolixiora fuerint, ex ipso tamen Agrippa L. 3. c. 3. transcribere voluimus, tum quia hoc basis Magiaæ est, tum quia omnium plenissime locutus fuit, tum etiam quia sic occasionem hæc uberius illustrandi commodiorem, nobis oblatam esse judicabamus. Nam quæ nobis circa allata sedet sententia, nunc statim subnectimus, ne eadem verba in responsionibus denuo repetenda essent.

(1) Conf. hic ex instituto etiam אַרְכָּבָתָה pag. 29. sq. Aphor. 39. & Schemhamphorasch Salomonis regis pag. 11., & quem ante hos omnes nominare debuisset, רִזְאָנָל in prioribus quaterniobus passim, vid. notam 6tam. (2) Nam hæc actio, conciliatio Spirituum, res est arcana, & clavis omnium magicarum operationum,

num, Vid. *Arbatel aphor.* 45. p. 33. (3) quod mundi v.g. sordibusque
 abluti &c. apparerent, vid. *Agrippa de O.P.L. 3. c. 54.* & vanitat. Scient.
 c. 46. KIRCHERI *Sphynx Philos. seu Mystagogica* cap. 5 fol. 70. sqq.
Archangeli Comment. in *Cabbalistarura dogmata*, fol. 814 edit. cit. &
 notam 6tam hujus §. (4) alias apud *Agrippam* hoc lib. passim vocan-
 tur *miracula*. (5) Hæc receptissima est omnium talium Docto-
 rum sententia, Vid. *Agrippa de Occultand. Philosoph.* Lib. 1. c. 60.
 sqq. Lib. 2. cap. 60. Lib. 3. c. 6. 40. 44. 27. &c. *Arbatel de Magia*
Veterum aphor. 11. p. 10. aphor. 35. p. 26. *Pomponatius de Incantatt.*
 cap. 4. p. 48. sqq. Contingit, inquit *Pomponat.*, imaginativam
 & cogitativam virtutes esse valde fixas circa aliquid, sic quod non
 sunt secundum naturales dispositiones, verum habitus valde fixi
 & diu permanentes, & quod habeant obedientiam spirituum &
 sanguinis, & tunc in tali casu, res *imaginata* & *desiderata* secun-
 dum esse reale potest a virtutibus produci, imaginativa & cogitati-
 va, sic *imaginantibus* & *desiderantibus* &c. &c. quod etiam p. 23.
 exemplo fugitorum, per preces Aquilanorum, *Imbrium* illustrat,
 passimque repetit, viz. p. 36. 160. subiectens p. 239. Ut preces
 valeant, ab imo corde debent provenire, & esse ferventes, quo-
 niam sic Spiritus melius afficiuntur, & supra materiam validio-
 res, non ut flectant intelligentias, (quoniam organo sunt immu-
 tabilis, quare etiam Theologi sunt deridendi, qui Deum &c. pre-
 eibus fleti statuerint, vid. p. 243. sq. p. 250. sq.) sed ut magis affi-
 ciantur, veluti sputum hominis irati, & sibilus serpentis est po-
 tentior, quam hominis & serpentis non irati. Plus ineptiarum,
 quæ tamen pro autoritate dictatorie dicuntur, non probantur,
 quominus proferam chartæ prohibet caritas. Tute quis ipsum *Pom-*
ponatium legat, modo inter id, quod dicitur seu effutitur, & in-
 ter id, quod probatur, discernere possit, atque *Philosophia* huius
 seculi, vanitatumque quibuscum *Astrologia* semper collu-
 standum est, leviter sit gnatus. Non est adeo pestilens liber, ut
 multos (nam mente Lunaticos excipio) decipere, aut hodie se-
 ducere posset. Recentiores Fanatici, qui pariter sub specie Ar-
 canioris *Philosophia*, & nescio cuius *Theosophias*, mundo im-
 ponunt, haud secus loquuntur, ac si Plato per *Metempsychofin*
 in

[61] 58

supradictisdam revixisset. Sic namque einige Evangelische Christen in
der Betrachtung von dem mittlern Zustande der Seelen nach ih-
psevrem Abschied, p. 388. nobis persuadebunt, daß man durch seine I-
maginacione vñne machen, daß die abgeschiedenen Seelen erschei-
nen müsten. Collegium item Curiosorum in der geheimen Unter-
redung von der Magia Naturali, p. 125. secundum *excessum mentis*,
hic cum Alberto Magno judicasse, Theologis quibusvis videbitur.
Gleichwie die *O* inquietunt, durch ihre Influenz unterschiedlich gross
se Effectus in die Inferiora, v. g. Unfruchtbarkeit wircket, und viel
Sachen so dem Menschen oft dienlich und schädlich seyn, produci-
ret; also auch dergleichen in dem microcosmischen Himmel die
Phantasey, daß dieselbe starke Impression, und also gutes und
böses wircken kan se. *Democriticus Dippelius* hic omnium candi-
dissime latentem sub herba angvem prodidit, ideis & imaginati-
oni viri etiam creandi tribuens, merito itaque suo vapulans, S.
R.D.SENSTIO Patrono nostro summe colendo, in scitissimolibello
Stockblinder Wegweiser *C. Democriti*, Sect. 2. membr. 1. cap. 1.
articulo 3to, præcipue §. 13. p. 218. sqq. Nec Magi, Fanatici,
mnesque qui animam pro essentia divinitate particula habent, ali-
ter sentire possunt. Cur enim particula essentia divinitate, etiam par-
ticulam potestatis creatricis seu creandi non haberet? conf. §. 18.
Tales vesanæ imaginations, re vera præcipua esse fulera ac per-
fugia Atheorum, quibus seipso sustentare soleant ac defendere,
omnino affirmo cum *Henr. Moro de Enthus.* Sect. 48. fol. 21L,
quamvis optimus hic idem Philosophus, postea, cum *euGatéves*
itinerique suo ecstatio immoratur, de Immortal. anima Lib. 3.
cap. 5. §. 12. f. 41., imaginationi tacite favere videatur, ita tamen,
ut tam crude ac fanatici, de eadem haud locutus fuerit. Conf.
loc. cit. cap. 6. & sq. Quicunque autem veras imaginationis le-
ges, miras ejusdem illudendi vias atque modos, ejusque item a
sensatione distinctionem, aliaque hisce per similia rite pernoscere
cupit, evolvat *Cartesium de Pass. animæ*, Part. 1. art. 20. sqq. *Ma-*
lebranchium de inquir. verit. Lib. 2. Part. 1. cap. 1. p. 78. sq. & Part.
2. passim p. 110. sqq. *Morus l.c. de Enthusiasmo*, sect. 6. la. *Forge ap.*
Rötenbeccium in Logic. Vet. & Nov. S. 188. 189. Imaginationem

pulcre ita descripsit Morus, quod sit ea animæ debilitas & impotentia,
 qua in phantasmata eo usque subdit depræsa, ut ad liberiorem sua-
 rum facultatum, rationis puta, atque Intellectus, usum se recipere ne-
 queat —, quod consuetudo & educatio gradatim facit, idem effe-
 re potest breviori tempore malesana imaginatio, (ad quod Com-
 mentarii quasi loco esse possunt, ea, quæ Malebranchius lib. cit.
 Lib. 2. Part. 3. cap. 2. p. 151. sq. protulit.) Res vero sic se habet u-
 trobique, pergit Morus l. c., quemadmodum in Insomniis, ubi il-
 lud, quod repræsentatur necessario, accipitur pro vero, quia ni-
 hil fortius adest, quod enervat perceptionem. Conf. hic omni-
 no post S. R. *Sensium*, *Morus de Enthusiasm.* sect. 7. sq. Ejusd.
Magni Pietatis Mysterii Explanat. Lib. 4. c. 5. Opp. Theolog. B.
Verulaminus de dignitate & augmento Scient. Lib. 3. cap. 5. p. m.
 225. sqq. *Frid. Spanheimus in Syntagm. dispp. Theolog.* P. 2. in dispp.
de Enthusiasmo p. m. 281. sq. passim. *Delrio Disquis. Magic.* Lib. 1.
 cap. 3. qu. 3. p. m. 14. sqq. (6) Mori enim oportet, mori, inquam,
 mundo & carni, ac sensibus omnibus, ac toto hoc animali, qui velit
 ad hoc secretorum penetralia ingredi, non quod corpus separetur ab a-
 nima, sed quod anima relinquat corpus, de qua morte Paulus scri-
 psit *Coloss.* 3. 3. 2. *Cor.* 12. 2. *Agrippa de Occult. Philos.* Lib. 3. cap.
 ult. confitetur porro l. c., quod cum ipse hactenus fuerit humano
 sanguine sacratus miles, semper fere aulicus, carnis vinculo
 charissimæ, (a qua tamen postea divortium fecit. Vid. *Bodinus* p.
 42.) uxori alligatus, omnibusque instabilis fortuna flatibus, expo-
 situs, NB. totusque a carne, à mundo, a domesticis curis trans-
 versim actus, sublimia immortalium Deorum haud quidem asso-
 cutus fuerit dona, indicis tamen instar esse voluerit, qui ipse præ-
 foribus manens, aliis quod iter ingrediendum sit, ostenderet.
 Præ ceteris autem requisitis Magiæ, omnibus castitatem ceu pro-
 prium quarti modi in tyrone suspiciunt. Hinc quoque non so-
 lum omnia, quibus Magi utuntur, e talibus desumpta esse debent,
 quæ nondum cognoverunt foeminam, Vid. librum זוזר in
 Kabb. Denud. Tom. 2. Part. 1. p. 122., sed etiam pestilentissimus
 liber רזיאל, talem absolute requirit sui lectorem, נשר אַשְׁר mundi-

ועל נפש מה לא יבא ובכל ערל לא יטמא
וקרש את בשרו במים חיים יותר עצמו להיות אלהים ולא
יאכל רבר טמה ולא יצע בכל פומאה ועשה
Conf. notam 3.20. בקרותיו בכל הכהוב בו ועו הצליחו

& 8 hujus §. (7) Je mehr und besser einer die irrdischen Luste,
als das Reich des Bauchs und das viehische Leben an die Seite ses-
sen kan — je geschickter ist er, dieser (sc. beatorum geniorum,) con-
versation, und Erscheinung habhaft zu werden. *Philirini The-
ologia & Scientia una & univers. p. 70. contr. 7ma.* (8) Conf.
Agrippa in occultanda Philos. Lib. 1. c. 67. Emicat hic iterum
scintilla, de anima essentiae divinæ particula. Conf. & *Gaulminus
ad Psellum p. 126. edit. cit. vid. notam 5. hujus §.* (9) *Humana namque
omnis ac naturalis intelligentia stellis inest, indeque in hominem de-
rivatur, & ab eis illam exugere ipsum oportet, ad animam suam nu-
triendam, ut cibum sumit ad alendum corpus.* *Paracelsus apud
Morum de Enthusias. Sect. 45. f. 209.* (10) Hinc illi etiam, qui
CHRISTO speculum natalitium crexerunt, h. e. creatorem crea-
turæ subjecerunt, causas blasphemie arcessunt, quod tantus Pro-
pheta in doctrina ac miraculis fuerit. (11) Hæc juxta eosdem
causa est, cur Christo res, in expulsione Satanarum ita bene suc-
cesserit. Vid. hanc in rem instar omnium *GAFFARELLI Curio-
sitates Inaudit. cap. 10. §. 6. p. m. 189.* & doctissimas *Michaëlis No-
tas p. 337. sqq.* & alias in *Lutheri quoque nativitate fuisse in digni-
tate constitutum, Cardanus de Suppl. Almanach, Tom. 6. Opp.
Philos. conspicuo, contendit. Quas autem Astrologorum Impie-
tates Io. Pelletier, Alex. ab Angelis, DELRIO D. M. Lib. 4. c. 3. q.
1. sqq., aliquie innumeri apud Michaëlem in Notis ad Gaffarel-
lum pag. 304. sqq. 326. sqq. 357. sqq. 385. sqq. citati.* (Vid. vel uni-
cus *BACO VERVLAMIVS de Dignit. Scient. Lib. 3. c. 4. p. m. 193.*
sqq. aut *H. Morus Magn. Myst. Piet. Explanat. Lib. 7. cap. 17. fol.
295. sqq.*) feliciter conculcarunt. (12) Nigtam hic sub specie Al-
bæ, vendit Magiam *Arbatel*, quando Aphor. 15. p. 17. in f. hæc eru-
ctat: Aus Mutterleibe wvird der Mensch zur Magia gebohren,
der ein rechter Magus seyn soll, andere aber, die sich selbst zu
folchem

solchem Ambt eindringen vvolen, denen gehets unglücklich von statten. Hieher gehört der Spruch Johannis des Täuffers, Joh. 3. 27. Conf. etiam Aphor. 42. p. 31. sq. (13) longe aliam legis hujus Mosaicæ esse rationem pecul. disp., quæ מם בעליך חכחות, ex Lev. 21. considerabat, præterito anno B. C. D. defendimus, porroque σὺν οὐκ continuabimus. Taceo, quod Agrippa Vulgatam non Fontem sequatur. (14) Plura talia ap. Cel. Clericum in Comment. ad Lev. 21. inveniri, memini. (15) Vid. not. 5. sq. hujus §. was bin ich dadurch gebessert, inquit Philirini l. c. p. 74., daß ich Engel sehe —, so ich nicht dadurch gebessert, und ebensals verengelt werde. Pergerem ratiociniis: sic hos angelos etiam oportere definiri, quia cum Deo conversantur &c. &c. (16) scil. Lib. 1. c. 2. p. m. 4. sqq., disquirens, qualem oporteat esse Magum. (17) scil. 1) Physica, 2) Mathematica, 3) Theologia, juxta quas Librum etiam in 3. partes divisit, ita ut in libro 1. multa de siderum influxu, præfectura, horumque omnium rita observatione, lib. 2. de numerorum potentia atque virtute, imaginibus atque characteribus signorum coelestium, ad mentem vanissimorum Astrolog. splendide & impune edisserat. (18) Ex Cabballatum dogmate, de revolutione animarum atque Pythagoræorum, Platonicorumque θάρατοι hæc illustrari possent. (19) Conf. notam 2. hujus §. Ita etiam loquitur Pompon. l. c. in Epist. Dedicat. & cap. 4. p. 36. & c. 6. p. 70. (20) vid. not. 6. drumb wie Estras mit dem Engel reden sollte, delirium mentis est Philirini l. c., mußte er fasten —, welches auch in Entziehung von allen andern viehischen Lüsten bestehet. Denn das Reich der Engel steht in einem reinen und heiligen Wesen. Ja auch die Olympischen Geister, die noch nicht einnahm zu der Dignität und Reinigkeit der Engel gelanget seyn, haben einen Engel an dergleichen Wesen. pag. 7c. (21) Hinc etiam in orac. Zoroastr. Sect. XI. v. 316. sqq. jam prohibitum fuit, ne nomina barbaræ seu peregrina, unquam mutarentur, quam in rem Psellus ita: Sunt nomina apud unamquamque gentem divinitus tradita, quæ in sacris arcana vim habent, ne autem hæc unquam in græcam dialectum mutaveris. Ejusmodi sunt Seraphim, Cherubim, Michaël, Gabriel, quæ si effrantur secundum Hebr. dialectum, habent

habent in factis (*εν τελεταις*) vim arcana, mutata vero in greca nomina, nullius sunt efficaciae. Corf. Clerici Index Phil. ad Stanleji Hist. Philos. Orient. voce: NOMINA. Item Reuchlinum de Verbo Mirifico, L. 2. c. 8. fol. m. 917, c. 12. f. 923, sq., collectio-
nis Pistorianæ, Picum item Mirandulanum ap. Bodinum in Dæmo-
nom. p. 105., qui &c ipse conf. p. 116. Porro Schemhamph. statim
sub init. p. 3., Nota item 5.5.18. hujus Tractatus, Agrippæ occultanda
Philosophia L. I. c. 70. Fraudes autem Satanæ ex aliqua hinc par-
te detexit Bodinus, p. 129. sq. Delrio L. I. c. 4. qu. 3 p. 51. Lib. 5.
P. 2. qu. 4. (22) A Theologis autem nostris Anti-Papisticis jam-
dudum explosus. (23) Iterum vim imaginationis creatricem seu
productricem supponit, Conf. autem, si te Satanæ fraudes lateant,
Martinus Delrio D. M. L. 3. P. 2. quæst. 4. (24) scil. si spiritu
precum Pomponatii ad not. 5. allatum possederis. אַרְכָּבָתָאֵל Aphor. II. p. 10. ita lunatice concludit: Es gebühret uns die Kunst
der Magie allein von Gott zu erbitten, vvelcher uns derselben
gnädiglich vvird gevähren. Denn der uns seinen Sohn geschen-
cker, und uns umb seinen Heil, Geist hat heissen bitten, vvird
uns vielmehr die gantze Creatur sicht- und unsichtbahren Dingen
unterthänig machen —, alles was ihr bittet &c. Vid. præf. nostræ not.
4. num. IV. & not. 22. §. sq. huncque Arbatelem porro, aphor. 13.
p. 11. aphor. 21. p. 19. aphor. 28. p. 24., quibus impietatem hanc suam
multo clarioribus impune propalavit verbis, atque extollit laudi-
bus. Religioni mihi duco eadem hic adduxisse. (25) Derowe-
gen wohl mit Furcht und Zittern in der Magia der Geister ist zu han-
deln, und mit höchster Reverenz gegen Gott, und mit grossem Ernst,
Standhaftigkeit und Gerechtigkeit mit den Geistern soll conversiret
werden. Und in summa, wer mit den Dingen will umbgehen, der
soll sich hüten vor allerley Leichtfertigkeit, Geiz, Neid, Hass, und als-
lem gottlosen Wesen, er wolle denn erbärmlich und jämmerlich umb-
kommen. Ita consentit Arbatel aphor. 27. p. 24.

§. XVI.

Jam ad MEDIA, quibus prædicti fines in Subjectum
modo consideratum introduci debent, nobis progrediendum

I

erit,

erit, quæ autem ita comparata sunt, ut minus bona, imo pejora censenda sint, quam quæ hactenus protulimus omnia. Das Principium Magicum, steht in so weit nicht zu tardeln/ inquit CLUVERUS (1), daß durch die Vereinigung mit Gott alle Wunder-Dinge geschehen müssten/ obgleich keine Creatur tüchtig gefunden wird/ sich dessen zu bedienen/ und den Effect davon darzuthun. Hinc etiam restauratarum quarumcunque bonarum scientiarum Parrens (2), BACO VERULAMIUS de Augm. Scient. lib. 3. cap. 5 operæ precium est, inquit, notare in illis scientiis, quæ nimium trahunt ex phantasia & fide, quales sunt NB. Magia ista levius, (h. e. superstitiosa, quæ & passim ipsi Agrippæ. Vid. unicam ejus præfat.lib.c. vapulat,) non illa antiqua & desperdita, & hodie desiderata, Astrologia, Alchymia, & alia consimiles, media sua & Theoriam solere esse magis monstrofa, quam finis est, & actio quo tendant. Inter media autem locant fundamenti, quasi loco 1) PIETATEM, quam vero non tam medium, quam necessarium prærequisitum supponi, sat abunde ex §. præced. vidimus. Tum etiam 2) artificium characterum, 3) imaginum, 4) incantationum & sermonum quorundam (3), & plurimorum aliorum experimentorum mirabilium ad omnem rem, quam animus affectat. Pietatem quidem requirunt. Nam quemadmodum mali dæmones, malis, profanis & lascivis operibus & ritibus allici possunt (4), ita quoque nemo negabit, supercoelestes angelos nobis conciliari bonis operibus, pura mente, mysticis orationibus, devotis suppliciis & similibus (5). Hactenus bene, ita tamen ut meliora esse potuissent: Audiemus ea, quæ hodie magis suspecta habentur, characteres nempe, quorum Quidditatem, Efficaciam & Usum consideremus cum Agrippa. QUIDDITATEM corundem quod attinet, ita eandem describit, ut multas si-
mul

mul incautis fraudes ingeneret. Sunt, inquit namque, nū-
bit aliud (5), quam ignorabiles quedam literæ & scripture sacra,
Deorum & Spirituum nomina a profanorum usu lectioneque cu-
stodientes, quas litteras veteres, hieroglyphicas seu sacras vocabant,
quia solis Deorum sacris devotas: nefas siquidem putabant sacra
Deorum mysteria, his characteribus committere, quibus profana
& turpia queque ad communem plebem conscriberentur. Ali-
bi (6) eosdem vocat imagines male dearticulatas, haben-
tes tamen quandam probabilem similitudinem cum imagine coele-
sti, aut cum eo, quod cupit animus operantis, sive id sit a tota i-
magine, aut a certa aliqua illis nota, totam imaginem exprimente.
Quemadmodum characteres Arietis & Tauri a cornibus forman-
tur tales Τ. & Σ. (6 β) &c. Solis a rotunditate & AVREO ful-
gore &c. Ex ipsis deinceps juxta mixtiones signorum & stella-
rum naturarumque constituantur, characteres mixti (7), &c. &c.
EFFICACIAM vero his prodidit verbis: Habent communita-
tem (8) suam ex radius coelestium, secundum certum numerum in-
ter se invicem peculiari quadam proprietate conjectis, quæ qui-
dem coelestia, sicuti in diversis radiorum suorum actibus inter se
aliter atque aliter incidentibus, diversas conspirant virtutes (9),
sicut etiam characteres, juxta diversas ejusmodi radiorum concur-
sus aliter atque aliter protracti, diversas subito nanciscuntur ope-
rations, sepe etiam multo efficaciores, quam physicalium com-
mixtionum proprietates, (hoc σοφότατος est pharmacum atque
suppositum, quod examinatum vide ap. Michælis in doctiss.
Nott. ad Gaffarellum p. 287.) Veri characteres celorum, est Scri-
ptura Angelorum, per quam in coelo sunt descripta & significata
omnia, cuilibet (NB) scientilegere (10). USUS eorum ex fine æ-
stimandus venit, variisque in locis sparsim traditus fuit ab A-
grippa, quominus autem distinctius a nobis h. l. delineari
nequeat, spatii prohibet residuum. Illustrare interim eu-

dem lubet ex infelici defunctorum Thesauripetarum exemplo,
 si forsitan aliena nos infortunia redderent cautores. Sicuti (11)
 autem in ligno siccitas parata est ad penetraturum oleum: oleum
 huic imbibitum esca est ad ignem: ignis ipse luminis est vehiculum;
 ita quoque certis quibusdam preparamentis naturalibus & ar-
 tificialibus aptiores reddimur, ut coelestia (infernalia) quedam
 dona de super suscipere possimus. Princeps itaque Spiritus OCH
 cum necessario ob suum in divitiis dispertiendis regimen (12)
 evocandus esset, hujus favore quoque & amicitia, seu ut re-
 ceptiori lingua loquar, influxu atque virtute præcipue indi-
 gebant. Quærenda itaque erant e regnis vegetebali, mine-
 rali & animali ea, quæ perhibentur Olaria, ceu talia, quæ ad
 fortiorum influxum recipiendum, sunt magis præ ceteris ali-
 is idonea. Si ergo in animali placuerit subsistere regno,
 LEO se statim inter feras offeret, tanquam animal maxime
 Olare (13). Hunc itaque si nummo alicui aut sigillo impi-
 mere volueris, tale præterea observato tempus (14), quo ☽
 in sua dignitate constitutus cernitur, sic namque efficaciam
 plane ineffabilem sortietur, quod autem opportuniori tem-
 pore fieri haud poterat, quam si ipsemet ☽ apud ipsummet
 quoque ☽ diverteretur, ejusque signum, cui Angelum VER-
 CHIELEM præfectū esse, supra pag. 41. accepimus, intraret (14).
 Imo vero ut duplicatam, triplicatamque, h. e. plane infallibi-
 lem & absolute necessariam (Nam ad Fatum hujus Ignorantia
 Magistri libenter recurrent,) consequaris gratiam, ipsas-
 que speratas divitias, haud solius Intelligentia NATHAELIS
 scil., quæ Oli præficitur charactarem (15), sed Leonini quo-
 que cordis (16), adpinge & imprime characterem (17). His
 rite peractis fieri non poterit, quin efficacia supra modo lau-
 datae vires atque virtutes felicissimo pro rorsus successu experia-
 ris. Sed Textor seu Autor hujus sigilli magici artis suæ, si
 quis-

quisquam alias, profecto peritissimus, efficaciam huic suo si-
gillo non modio, sed totis quasi onusisque plaustris admeti-
ri voluit, quo eo minus optatissimo fine, qui erat Spirituum,
maxime vero solarium, consociatio, excideret aut frustraretur.
Hanc ergo in rem ex superfluo quasi, & ne unicam quidem
observantiarum aut temporis, aliarumque superstitionum mi-
cam omitteret, exteriori hujus sigilli ora seu margini inscul-
psit. Hæc verba (18):

Non. Chad, Helsy, Saday, San Iaco.

Μορμολύκειον multis hæc verba fuere visa, cum tamen juxta
artis præcepta se longe scitissime accuratissimeque habeant.
In genere namque citationem Spirituum facilitant & felici-
tant, in specie autem cum Principem Spirituum Olarium
OCH deperierint, (quod iterum prudentissimum, si insanæ
atque anili superstitioni convenit ratio, institutum fuit, Vid. A-
grrippa l.c.p.342.,) ejusq; subdæmonium NATHAELM, (conf.
autem not. 4. in præfat. & pag. præced.) qui plurib⁹ ipsos postea
docuisset, quomodo etiam cum suo Rege OCH conversatio in-
stituenda esset; ad horum quoque præcise citationem, cum
sub eorundem adspectu & influxu felicissimo fuerit fusum,
specificabantur. Scitissime, uti dixi, ad regulas artis expres-
sum, nisi aliquantulum detruncatum atque mutilatum ap-
pareret, quod idiotis hominibus ceu suæ glebæ affixis, non
modo condonandum, sed etiam longe potiori jure libro-
rum Magicorum impressorum, tum Latinorum tum Germanicorum,
ex quibus hæc verba primitus sine dubio sumta fu-
ere, spississimæ Hebr. literarum Ignorantiae erit attribuendum.
Nullus namque dubito, quin aliqui talium librorum exprimi
mandaverint, ut Spiritus v. g. Solares, conciliaturus nummo
quoque tali incideret:

Nom. Chad, Helsy, Saday, San Iaco.

Ex incuria autem aut typographi, aut describentis, litera n pro immediate præcedente facile arripi potuit, quod vel in Catalogis vitiorum typographicorum sèpius perspici potest, aut ex nimia describentis festinatione ultimum τε m fulcrum fuit omissum, adeoque Nom h. e. NOMina, mira metamorphosi transierunt in NON entia. Subsequentia vocabula sunt mere Hebraica, licet inscritia utentis eadem pro plenis & integris, non decurtatis aut, quod in nominibus, præsertim Dei, est quam frequentissimum, abbreviatis habuerit. Ita namque eadem aliquis Magorum apud impuros Cabballistas eosque praticos invenit:

קָרְאַלְרִי שָׁרֵן שֶׁמֶן יוֹחָן

Hebræarum literarum, Magicarumque rerum peritos, præscio mihi assensuros, præsertim si considerent ab imperito Scriba quædam facillime detruncari aut mutilari potuisse. Operam equidem dabo ingenii causa, cui indulgere juvat, an eorum næniis & densissimæ hebr. liter. ignorantia aliquem affricare possim colorem, licet verendum mihi sit, ne, si vel maxime hujus Sigilli Fabricatorem, Magiæ nigræ quam Hebraismi peritiorem, veluti Cumanum asinum, pelle Leonina vel Reuchliniana induam, ipsum tamen ruditus prodat, meque ob oleum operamque deperditam, in ruborem mittat. Sed esto, objiciat aliquis λεπτότολογος. 1) Ρ in קָרְאַלְרִי per ch legi, 2) אַלְרִי fuisse per: Helsy expressum, 3) שֶׁמֶן יוֹחָן per San Iaco reddi. Respondeo per jocum, quia opera pretium est talibus displicuisse ad 1). Nil facilius esse, quam ut aut α) Ρ cum Π confundas, præsertim si dexterior illa Ρ sinuositas aliquantulum fuit inferius protensa, nec sinistro suo fulcro immediate & contigue applicata, aut β) in valore literæ Ρ es-

setne

[17] 26 [180]

setne Kaph, an Cuph, hunc literionem, quem nequidem pro
Hebraicarum literarum tyrunculo unquam habere potui, hæ-
sistasse atque cespitasse. Fieri itaque sic non poterat non, ut
et cum χ quoque confunderet, atque pro קְרֹב abbreviate aut
mutile legaret: *Chad*, cum calamus Scriptorius præterea men-
tem præcurreret, ad 2) resp. Quibuslibet vel Rabbinismo
leviter initiatis notum est, vel centies in eorundem scriptis
יְהָרָה & אַלְרִים, legi pro יְהָרָה & אַלְרִים, atque abbrevia-
te אַלְרִי' (19). Quod si ergo captum fabricantis superare cre-
deres, novisse, literam נ per sibilum nonnunquam ut נ ra-
phatum efferri juberi (20), concipias tibi atque conspicare,
aut literam נ cum abbreviationis nota signatam, figuramque
s æmulantem, aut concedas latinorum literis fuisse quidem
expressum, sed ita ut litera d inversum situm s̄ nacta fuerit,
quo proxime ad figuram s aut s̄ accedit. Taceo consultò,
multos magnosque Philologos, incomparabilem BUXTOR-
FIUM (21) secutos, confiteri necessum habuisse, verum lite-
raram נ, ג, ב, sonum, nobis Germanis hodie esse incognitum.
Literam נ interim cum adspiratione fuisse prolatam, nemo,
nisi qui talia fabrilia tractante est indoctior, mirabitur. Resp.
ad 3), quod San laco pro יְהָרָה נ perperam legerint, ex eo
patet, quod nomen San, tanquam nomen plenum & inte-
grum non habeat comma aut incisum sibi adjectum, quia
nec esset vox abbreviata, nec peculiare Dei nomen ut שׁ
constituerit, sed nomen illud נָנָן tale, indigitaverit.
Quod igitur San potius, quam Sam legerint eadem conje-
cta, qua supra Non pro Nom lectum fuit, palliari potest.
Eadem quoque accuratione, qua שׁ נ per Saday redditum
fuit, eadem quoque נ per San, expresserunt. Porro נ pro
נ in נָנָן ignorantia forsan cujusdam & alphabetarii typogra-
phi, qualem aut Lynceo oculatiorem, aut Mida auritiorem
fuisse

fuisse oportuisset, si tam argute Hebraica dignoscere potuisset, intrusum fuisse suspicor. Quod autem verenda hæc Dei nomina, eum præcipue in finem profanata fuerint, contestabuntur Magica scripta omnia (22).

(1) Philosophischer Welt-Mercurius Part. 2. p. 5. (2) Petrus DE-VILLEMANDY in Scepticismo Debellato p. 28. (3) Conf. *Psellus* p. m. 28. (4) Agrippa in O. P. L. i. c. 39. (5) ib. Lib. 3. cap. 29. pag. m. 436. (6) Vid. not. 8. hujus §. (6 β) Vide, quæ ad notam 23. transjicere debuimus. (7) Cautelam hic suppeditat *Arbatel*, aphor. 36. p. 27. (8) Agrippa I. c. L. 2. c. 51. p. 319.-324. Examinat vero hæc atque talia, DELRIO Disqu. Mag. L. I. c. 4. qu. I. (9) Coelestium enim corporum radii [NB.] animati, vivi, sensuales, dotes mirificas, potentiamque vehementissimum secum ferentes, in repentinio momento ac subito tactu mirabiles sic impriment vires, Agrippa L. 2. c. 35. Hinc etiam Cardanus, insignis alias & vehemens Astrologus juxta HEVELIVM, ipsammet Astrologiam non prouersus repudiantem, in Cometogr. Lib. 7. fol. 428., ipsi quoque Soli, quia lucet, intelligentiam adscribit, castigatus ea propter ab Henr. Moro in Magn. Myst. Piet. Explan. L. 3. c. 2. sect. 3. fol. 95. Conf. autem pro ulteriori antidoto, Martinus Delrio I. c. L. I. c. 3. qu. I. p. m. 10. sqq. (10) Conf. Cel. & S. R. AUTOR Introd. ad Philos. Ebr. p. 333. sqq. Ex instituto autem lectissimas Michaëlis ad Gaffarellum animadversiones p. 290. sqq. p. 445. sqq. Tyronibus interim sufficiet B. PFEIFFERVS Introd. in Orient. Disp. 3. qu. 2 p. m. 47. edit. Witteb. 1671. 4. (11) Agrippa L. I. c. 37. p. m. 76. (12) Vid. quæ in notis ad præf. p. 6. diximus. (13) Agrippa L. I. c. 23. p. 54. (14) imo quod in nostro sub frontem hujus tractatus conspicuo numismate observatum fuit, quam prudenter, non quamlibet, sed certam eligito materiam, cuius viz. virtus naturalis, cum specifica simul operi conveniat, (h. e. pro Spirituum Olarium favore attrahendo, adhibeas quoque metallum Solare i. e. aurum.) Talis namque imago cum propter materiam naturaliter operi ac coeli influxui congruam, tum propter figuram coeli figurae similem paratisima est, ad actiones & vires coelestium

cœlestium corporum & figurarum capiendas: & cœlestis murus subito
in se concipit, tum agit assidue in alterum, & res aliae per obedientiam
seſe inclinant ad illam. Agrippa L. 2. c. 35. Atque hæc, quæ hucus-
que explicuimus, tum nostro numismati aureo, tum sigillo We-
beri Magico, stanneo aut argenteo. (Vid. notam 18. hujus §.) vi-
des fuisse communia. Hinc, cum tanta divinorum nominum in no-
stro nummo haud deprehendatur profanatio, quantam quidem
mox in Weberiano sigillo percipiems, mitius quoque de eodem
judicandum erit, hunc fere in modum, quod Monetarius ejus-
dem, *imaginem Solis cum sigillo Solis imprudenter confundens*,
superstitiose crediderit, numisma Olare, (cui tamen Solis etiam
imaginem imprimere debuisset, vid. Agrippa cap. 41.) reddere sui
possessorum *invictum, honoratum, fortunatum, divitem, ab omnibus*
dilectum, & incepta deducere ad finem, satisque esse, hoc a se
numisma cusum fuisse, hora Olis, ipso adscendente in prima facie Δ.
Vid. Agrippa l. c. (15) Vide posticam nostri Nummi præfixi a
parte superiori, & conf. Agrippam c. 22. (16) *Imaginem Leonis in*
antica conspicuum, fecerunt sub corde Leonis. Idem l. c. cap. 47. p.
311. (17) ap. Agrippam c. 52. p. m. 323. reperiendum, & in num-
mi nostri postica, a parte inferiori conspicuum, in forina, quæ di-
citur, dilatabili. Nodulos aliquot pro certiori efficacia habet
adjectos, quales in Weberiano sigillo non commemorantur. (18)
Vide Rahre Eröffnung der Zenaischen Christnachts-Tragödie p.
36. (19) Vid. Cel. DANZII Rabbinismum Encl. §. 67. (20)
Vid. B. Pfeiffer Introd. in Orient. p. 53 edit. cit. (21) Thes. Gram.
Lib. 1. c. 1. p. 2. admirando juxta peritissimura harum rerum Cen-
sorem LUD. DE DIEU in Gram. LL. OO. prorsus opere. Mibi
sane clavis est, inquit, Scriptura biblica, quam omnibus Theologiae
Studioſis & Hebraizantibus commendatissimam esse solo. (22) Vid.
Schemhamph. Salom. a. 86. pl. 3. Frfti. &c. in 4. edit., sumtibus
Andr. Luppii, privilegiati Typographi, statim sub init. PETRI DE
ABONO Elementa Magica p. 451. sqq. Tomo I. Opp. Agrippe
Lugduni per Beringos (fictitious) fratres sine mentione anni in 8.
edito, nilque nisi mera Magica & Divinatoria continente, repe-
tiunda. Quam operum editionem si citius usurpare licuisset, va-

ria v. g. ad pag. 3, incredibilem sanctissimarum ptecum ad quodlibet magicale opus abusum, ex pag. 425. & sqq. 445. &c., passim ex hoc Petri de Abono tract. detegere, sicque diabolum candidum eo apertius prodere potuissimus. Sed vero conferas nostras pag. 27. §3. 65. ipsumque librum Razielis, hinc inde. Item, quæ pag. 33. notula e de circulo diximus plenius, nempe ex pag. 434. 441. 450. 570. edisseri potuissent. Conf. tamen de hoc Petro de Abono ea, quæ B. QUENSTEDTIUS in Dialog. de Patr. Illustr. Vir. pag. 277. edit. 2dæ conlegit. (23) Constat ex Astronomicis has signorum, planetarumque denominationes esse mere arbitrarias, si non chimæricas, talemque sèpius cum figura significanda ostendere similitudinem aut convenientiam, ut nisi pictoris penicillum delirave Magi phantasia accesserit, nunquam ex signo Υ &c. imaginem vervecinam collegeris. Archangelum namque Minoritatem a quolibet derisum iri prævideo, afferentem, fol. 81g. l. c. Quamvis imagines in celo stellato appareant, non tantum in situ siderum, sed in veris etiam figuris —, sicuti comprobarunt certis temporibus & instrumentis Viri probatissimi, qui oculis propriis viderunt Tauri vel Arietis figuram in orbe signorum. Quæ alias de prima hujus impositionis, pedum, agrum, tuguria, &c. &c. totumque Ethnicismum vehementer redolentis, origine, variisque ideo circa easdem immutandas consiliis, vario imparique successu agitatis, dici possent, argumenti nostri rationem habituri, scientes præterimus. Conf. Autores hanc in rem apud MICHAELEM in doctriss. notis ad Gaffarelli Curiositates Inaud. p. 282. 390. sqq.

§. XVII.

Pedem nunc nisi opella hac nimis excrevisset, promoveremus ad IMAGINVM atque PENTACVLORVM considerationem. Sed vero cum coecos atque claudos, quibus Davidis anima adeo infensa erat, si Deus, Dominique Respondentes voluerint, peculiari opera consideraturi simus, horum quoque telesmatum & imaginum, qui ejusdem per omnia cum characteribus atque sigillis habentur usus & efficacia,

impie-

36 [75] 5^o

impietatem ex instituto flagellabimus, adnotantes interea
hanc artem fabricandi characteres, sigilla & statuas, *soxeroua-*
lunis appellari solere, ultimamque Astrologiae speciem consti-
tuere. De qua etiam, quod miraberis, ROB. FLVDDE, ita
judicat: *Quoniam ars diabolica cum hac se miscet, sicuti quam*
sapissime videmus, rem bonam impiorum abusibus commaculari
& conspurcari NB. illam repudiabimus. Nam alibi (1) Genium
suum investigaturo jubet, ut laminas metallicas, quibus Pla-
netarum figuram insculpat, sub certa constellatione sibi com-
paret. Quæ, quomodo cum Philosopho Scripturacio seu
Mosaico convenient, cum lamine fabricam præmissis pre-
cibus suscipienda doceat, (vid. pag. 26. sq. hujus tract.) ma-
iores talium hypocitarum æstimatores viderint. Conf. quæ
p. 6. circa finem præfaminis, & ad notam 22. §. præced. mo-
nuimus. PENTACVLA autem quod attinet, illa sunt signa
quædam sacra, a malis eventibus nos præservantia, & ad malo-
rum demonum constringentia & exterminationem nos adjuvan-
tia, bonosque Spiritus allicientia, nobisque conciliantia. Con-
stant autem pentacula ex characteribus & nominibus bonorum
Spirituum superioris ordinis, vel ex sacris picturis S. Literarum —,
vel ex figuris Geometricis, sacrisque De nominibus secundum mul-
torum rationem invicem compositis, vel ex omnibus iis aut eorum
pluribus mixtum compositis. Characteres autem, qui ad penta-
cula constituenda nobis utiles sunt, ipsi sunt characteres bonorum
Spirituum —. Quocunque igitur hujusmodi charactere institu-
to, circumducemus illum dupli circulo, in quo circumscribamus
nomen sui angeli &c. Quæ omnia fusius ab Agrippa l. 4. p.
m. 424. sqq. explicantur, quam quidem Lib. 2. c. 23. docuerat,
Conf. & Lib. 3. c. 31. Ex Petro de Abano p. 449. prolixius &
plenius illustrari hæc possent, nisi scandalum evitasse, satius no-
bis duceremus. Nec enim omnibus omnia scire expedit,

K 2

Gratias

Gratias potius Deo agamus, indeque nostram æstimemus felicitatem, quod benignissime nobis revelaverit, cacodæmonem equidem molossi ad instar catenis infernalibus esse ligatum, sed & liberius nonnunquam ceu Canem rabidum aut Leonem rugientem divagari, ita etiam, ut ob tantam libertatem PRINCIPIS nomen ipsi attribui possit. Quod si præterea notaverimus, Diabolum ut mille artificem apud incredulos plurimum, imo & sensus eorum excoecare posse, facile conculcabimus omnem argutiarum apparatum petulantisque rationis strepitum, a PETRO POMPONATIO (1) excitatum, eum solummodo in finem, ut suam in Aristotele defendendo exerceat vesaniam, ostendatque in relegatione & pernegatione diaboli, lectionem. Ex abundanti hanc, contra Pomponiatum defensurum, effectus characteribus, imaginib⁹ atq; incantationib⁹ adscriptos nullo modo a demonib⁹ (3) proficii posse, affirmemus thesin: Demon non collective, sed individualiter seu distributive intelligendus, singularia cognoscit per species non congenitas, sed de novo receptas, ita ut iste species generentur in intellectu demonum, & ab ipsis demonibus, si v. g. Socratem præsentem, contemplari velint, & ab aliis sive nunc fuerint materialia sive immaterialia, parum curramus.

(1) In de Sophia cum Moria (h. e. Mersenno) certamine Lib. 3, fol. 77. conf. p. 26, sq. hujus tractatus. (2) de Incantatt. cap. I. per totum, quod unum est ex subtilissimis. (3) His enim nos in mundo earere posse, docuit ipsius nota §. ad §. 4.

§. XIX.

Tædet me delassatum plus ineptiarum, quæ ne unicam quidem micam salis in se continent, attulisse, nec tamen ex hoc limo prius evasero, quam modum Spiritus evocandi exposuero. Adhibentur autem incantationes ideo, non quod facri

sacri dæmones iisdem adstringantur, aut Sol aliæque stellæ sermonem nostrum audiant, sed per easdem, uti per multa alia v. g. sidera, elementa &c. a nobis allicitantur, atque ex colligantia quadam naturali moveantur, sicuti in corpore humano membrum unum movetur, percipiendo motum alterius. Vid. hic AGRIPPA L. 2. cap. ult. Sic est apud PORPHYRIVM: *Tu, qui e limo emeristi, qui sedes in loco, qui n̄avigio n̄avigas, qui singulis horis formam commutas, & in singulis Zodiaci signis commutaris —.* His & hujusmodi Symbolicis orationibus atque hymnis, quia divinarum virtutum signa sunt, dæmones nonnumquam hominis usibus sponte, & invocantium (1) precibus vici, facilius accedunt. Sed & divinitatis consontium (2) cum mente humana efficit, quod ipsi boni Spiritus nobis libenter adstant, ac potentiam virtutemque suam nobis communicant, quotidie nos illuminationibus, miraculis, divinationibus, auguriis adjuvantes, operantesque in nostras animas, tanquam sibi consortes imagines, eas suis influxibus formando, sibique simillimas efficiendo, usque adeo, quod anima nostra saepe tam ferme mirabilia operetur, quam coelestes soleant dæmones. Vincula autem, quibus alligantur Spiritus, obtestanturque, vel exterminantur (3), triticia sunt: quædam enim sumuntur ex MUNDO ELEMENTARI, v. g. quando adjuramus: Spiritum aliquem per res inferiores & naturales illi cognatas, vel adversas, quatenus illum invocare vel exterminare (4) volumus, ut per flores, per herbas, per animantia, suffitus. Vid. not. 4. §. 12. &c., prouti hæc etiam divinis laudibus & benedictionibus saepe inseruntur, ut patet in cantico trium puerorum, & Psalm. 148., & in consecratione & benedictione cerei paschalis. Hoc siquidem vinculum operatur in Spiritus virtute apprehensiva, sub ratione naturæ presunt, & eam favent aliamque abhorrent —. Huc etiam referam egregium (scil!) illud RAZIELIS consilium, quod statim

tim fol. I. a liss. 4. ante fin. & seqq. protulit, cum argumentum
libri insimul aperire possit. Ita autem verba fluunt:
ואלה רבריו הספרו אָס בקש אָרֶס להצלחה ולוועורה
רכר ממנה יספרור שלשה זמייט לפני באָס יומְרָאשׁ חֲרֵשׁ
של ירח ואָלְא יאָכַל כל ספק טומאה ולא כל
מווציא וס וולא ישתח יין וושנה ממשכב אשח, ובאלו
הימיא וירח זמייט לבני עלוות המשמש ויבאָת שטי^ת
תורים לבנים ושוחטום במאכלן של נחשות שוש לו שטי^ת
פירות ושחתת התור האח' בפי המאכלתה האחד והשני בעבר
השני וווציא את מעיהן וירח זמייט נקי וברוכ וכלבלים כאח'
מיין ישן, ולכנה וכח ומגע דבש נקי וברוכ וככלבלים כאח'
עַס בְּנֵי מַעַי הַתּוֹרִים וְמַלְאָס וְנוֹתָה אַתְּס נַחַתָּס
נתחים ויתן על הנחלים לפני עלוות השחר והוא היה עטופ בבד
דְּבָן ווועך ווילך וויך וויכר את שמות המלאכים המשרתים
בחרש ההויא שחויא שוואָל כו וווערף כל דבר
מהנתחים כל יומ ווומ שלשות פעמיים כוּס
כל נתח וביבס השלישי וביבאָת כל דרישן וופור אותו
על האקרקץ בתור הבית ווישן עליו וווכיר עלון השמור
של המלאכי הארייז החזקי הנכורי הקירושי המושלי^י
וישן ולא ירכר עס שומ אָרֶס ויבאו אליו המלאכים
בלילוּת בחיוין במראות ולא בחרוות וווערעהו
וונלוּ לו כל דבר אשר ישאל כלאָת פהו:

b. e. *vulgaria vulgaribus, altiora vero & arcana altioribus atque secretis tantum communices amicis. Da foenum bovi, saccorum psittaco tantum — ne boum calcibus, ut plerisque contingit, subjiciaris. Trithem. in Epist. ad Agrippam 1510. d. 8. Apr. scripta, & sub frontem Librorum de O. P. conspicua. Debuiimus præterea præfixis dispp. nostrarum inservire imitibus, quæ præcipua causa fuit, cur Razielis loca nunquam verterimus. Et numne Germanica Arbatelis atque Schemhaph. Salom. loca retinuimus, sine adjecta latina versione in grammam*

[79]

tiam eorum forsan suscipienda, qui Germanica nescirent?
Secundum vinculum, sumitur ex MUNDI COELESTI, quum
scil. adjuramus per coelum, per stellas, per harum motus, ra-
dios, lumen, gratiam, claritatem, nobilitatem, fortitudinem, in-
fluxum, mirabilia &c. Et hoc vinculum operatur per modum cu-
jusdam admonitionis & exempli. Habet etiam nonnihil impe-
rii, maxime in Spiritus ministros, & qui ex insimis ordinibus
sunt. Tertium vinculum ipsum est ex mundo INTELLE-
CTUALI atque divino, quod religione perficitur, v. g. cum
adjuramus per sacramenta, per miracula, divina nomina (5), per
sacra signacula (6) & cetera religionis mysteria, quare hoc vin-
culum, omnium supremum est, & fortissimum, agens in Spiritus
imperio & potestate. Illud autem observandum est, quod sicuti
post universalem providentiam est particularis providentia, &
post NB. universalem animam, particulares animas: ita primo in-
vocamus per superiora vincula & per nomina atque virtutes, que
regunt res, deinde per inferiora atque res ipsas. Sciendum et-
iam, quoniam per hoc vincula nonsolum Spiritus, sed & omnes
ligantur creature (7), ut tempestates, incendia (8), diluvia, pe-
stes, morbi (9), vis armorum & animalia (10) queque, adsumen-
do illa, sive per modum adjurationis, sive per modum deprecati-
onis seu benedictionis, ut in adjurazione serpentum (11) preter
naturalia & coelestia commemorando, ex mysteriis & religione,
maledictionem serpentis in paradyso terrestri, erectionem serpen-
tis in deserto, adsumendo praterea vers. 13. Psalm 91. NB. Super-
sticio etiam in his plurimum pollet, per translationem alicujus ri-
tus sacramentalis ad id, quod ligare aut impedire intendimus,
ut pote excommunicationis, sepulturæ vel exequiarum ad extermini-
nandos morbos, vel serpentes, mures vel vermiculos, quod in plu-
ribus locis sic factum legimus, & adhuc fieri consuevit. Pejorem
atque blasphemiores, fateri cogor, ex Agrippa §. non-
dum

dum protulimus, nec tamen erant reticenda, quia Diabolum candidum probe nosse multum hodie interest, cum præsertim conversatio spirituum hodie ita sit commendatissima. Haud satis excusationum ex eo quis afferet, qui Agrippam hæc relative & uti genius hodierni seculi fert, ad modum historiarum, aliorum sententias referentium, scripsisse declamaverit. Habent profecto, qui illum a Magia prorsus defendunt, quod satagunt. Conf. interim contra impietas hoc §. auditæ, *Morus* in *Modesta Inquisit.* in *Mysterium Iniquitatis*. Part. I. Lib. 3. cap. 18. sqq. Opp. Theolog., omnesque qui de Idolatria, Superstitione &c. commentati fuerunt, autores. Nota tandem, LOCVM, in quo spirituum conciliationi studere velis, debere eligi mundum, castum, occlusum, quietum, semotumque ab omni strepitu, nullis alienis adspectibus subiectum, Vide Agrippam Lib. 4. p. m. 433. sqq., variisque suffumigationibus atque orationibus eundem debere consecrari. Idem Lib. 4. pag. 429. sqq.

(1) Talia a bonis genii respui solent. Vid. Apoc. 19. 10. & Systemata Theol. &c pag. 27. not. 3. (2) multo clarius adhuc mentem de Deificatione exprimit, p. 566, in Epist. ad Aurelium ab Aquapendente A. 1527. scripta, quam vero quominus huc transcribamus, plagulae prohibet residuum. Vid. heic interim p. 61. ad §. 15. & Reuchlinus de Verbo Mirifico Lib. 3. cap. 6. fol. mihi 91. Tomi Pistoriani. (3) Ulterioris explicationis ergo, conf. Lib. 1. cap. 71. p. m. 161. sq. de Occultanda Philos. (4) Conf. Pselli Dialog. p. m. 87. edit. Paris. Gaulmizzi. uberiorem autem explicationem pete ex Agrippa Lib. 1. cap. 69. (5) Conf. Agrippa L. 1. c. 72. & Reuchlinum de V. M. Lib. 2. cap. 11. f. 921. & not. 18. ad §. 15. hujus disp. de nominibus barbaris. Sunt bona mixta malis, quando Liber RAZIEL fol. 4. a lin. 4. & sqq. hæc de Nom. Div. protulit: וכל חסידך באותיות רשם הקדוש ולא יקרש את עצמו ולא ותהר את כשו וגע ברוחם של טוהר וננה בוכקלות ראש ולא ישמרוה ברכחותיו וווער

וַיֹּוֶר בָּו לְחַלְלוּ יִעֱשֶׂן וַיָּבֹר מִן הָעֵלֶם וַיָּנַח חָלָקָו לְחַרְפָּה
וַיַּחֲזִיק לְדוֹר אָוֹן עָלָם וַיַּעֲלֵתָו לֹא תְּמֹרֶת וַיָּשֹׁו לֹא תְּכַכָּה
וַיַּמְאַתֵּן כָּל יִנְדֹּרוּתוֹ וַיַּצַּא אֶל הַחַשָּׁר וַיַּדְפֹּהוּ כִּי אִם הַלְּבָב
אַחֲרָיו וַיָּרָא יִצְרוֹ וַיַּהַגֵּן בָּו בְּטָהָרָה וּבְקָרוֹשָׁה זָכָה לְכָל
דְּבָרָיו וַיַּצְלִיכָה בְּכָלָל מַעֲשָׂיו וַיַּנְתַּן לְחַזָּן וּלְחַסְרָה וּלְרָחָמִים
בְּעֵינָיו כָּל רְאֵיו וְכָל אַיִבְיוֹ וַיַּרְאֵו מִמְּנוֹ וַיַּמְפִנְיוּ כִּי
שָׁם הַקְּרוּ וַיַּקְרֵא מִיחָצָם וַיַּכְּנֵן אֶלְאָה נְכוֹן וּרְעָם
בָּו וַיַּשְׁרוּם וַיַּרְכִּי חָה וַיַּפּוֹשְׁעִים וַיַּכְשְׁלוּ בָּם;

(6) Aut intellexit S. S. Dei Sacraenta, quibus Pontificij libenter abutuntur in adjurationibus, aut sigilla sacra, h. e. sacris Dei nominibus insignita. (7) Conf. Agrippam de O. P. L. 3. cap. 11. taliaque examinantem, Delrionem Lib. 1. c. 3. qu. 4ta. & Libro 2. ferre toto v. g. quæst. 10. 11. &c. Formulas autem huic detestandæ rei, quas putat idoneas, suggerit Tenebrio ille, qui sub Salomonis nomine mundo imposuit, suo Schemhamph. p. 5. &c. (8) Collegium Curiosorum de Magia Naturali p. 139. exempla extinctorum per prolationem heptalogi Christi incendiorum producunt. Haud omnibus se probabit Collegii hujus opinio: Daß es zwar nicht unmöglich sei, etwas dadurch (per characteres, certas formulas ex Psalterio, Genesi &c.) auszurichten, wenn sie nur mit einer Devotion in grosser Noth, und zu einem guten und zulässlichen Ende gebraucht werden. Nam talem pietatem Magi semper prætendunt, teterima quæque operaturi, sicuti ex Arbatele atque Semiph. Salom. jam aliquoties audivimus. Receptior itaque est sententia Io. Bodini Lib. 2. cap. 1. p. 105. & cap. 2. pag. 127 sqq. Pluribus atque ex professo autem hic vide Delrionem Lib. 3. P. 2. qu. 4. sectionibus variis hinc inde. (9) quam recte, docebit cum allegatis a se Autoribus & Medicis, Michaëlis ad Gaffarellum p. 288. sqq. (10) Contra vide Delrio Lib. 2. qu. 13. pag. 152. sqq. (11) Conf. Bodinus loc. cit. circa fin. cap. 2di, præ multis cæteris autem Delrio L. 1. c. 4. qu. 3. p. m. 48. sqq. (12) Ita Lib. 4tus. Agrippæ vulgo adscriptus p. m. 429. sqq. Tom. 1. Opp. Lugduni per Beringos fratres in 8. sine mentione anni editorum teperiundus.

Audivisti hactenus L. B. forsitan non sine grandi patien-
 tiæ Tux lœsione Agrippam, nullusque dubito, quin de eodem
 pronuntiaturus sis, Hos. 9. 7. מְשַׁגֵּח אִישׁ הָרוֹחַ, quia tanto
 cum strepitu, adeo multa de Spiritibus deblateravit. Dubi-
 tari multis ex causis posset, an ingenui viri officium expleve-
 rim, quod mentem Agrippæ ex solis illius 3. libris Occultan-
 dæ Philosophiæ, aliis dijudicandam proposuerimus. Ast cogi-
 mur hac vice vela dispp. nostrarum contrahere, judiciumq; no-
 strum de Formali Magiæ atque Magiæ accusatis (1), aliis reser-
 vare occasionibus. Consideremus interim hæc duo: 1)
 Numne justum sit aliquem Magiæ (quod par cum Atheismo
 crimen habetur,) accusare, imo & pertinaciter condemnare,
 cuius Scripta nunquam legerimus, aut cui diabolica scripta in-
 vito tribuimus. 2) An viri sapientis sit ea, quæ non intelli-
 gat, Magiæ condemnare, & qualis controversiarum Magiæ
 ergo suspectarum, debeat esse judex?

(1) scil. Ficino, Trithemio, Agrippa, & qui hunc saxe, non tamen
 quoad verba excr̄pit Rub. Fluddo, alias de Fluctibus. Forsitan si
 SUPERIORUM atque Patronorum manus obstetricantes experi-
 remur, Bibliothecarium Magicum subneceteremus, eo facilitiori o-
 pera conficiendum, quis hoc hominum furfur se mutuo fidelissi-
 me exscribit.

Dispu-

DISPVTATIONVM MAGICO - THEVRGICARVM
DE
CONCILIATIONE
SPIRITVVM,
QVARTA
EXHIBENS
GENERALE HVIIS ARTIS EXAMEN

QVAM
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,
DN. GVILIELMO HENRICO,
SAXONIÆ, JULIACI, CLIVIÆ, MONTIVM,
WESTPHALIÆQUE DVCE, ETC. ETC.
BENEVOLO SVPERIORVM INDVLTV
IN ILLVSTRI SALANA

*Numisma aureum
ad pag. 68.*



SVB PRÆSIDIO
M. DAVIDIS RICHTERI, GÜSTROA - MECKLENB.
PVBICE TVEBITVR AD D. JULII A. C. 15 CCXVI.
GEORG. ERHARD. HAMBERGERVS, Jenensis.
JENÆ, APVD JOH. BERNH. HELLERVUM.

42 (12) 28

MINISTERIUM DER FÖRDERUNG
VON WISSENSCHAFT UND KULTUR
DEUTSCHER STADTVERBUND

DEUTSCHE
STADTVERBUND

D
DEUTSCHE
STADTVERBUND


GEORG ERHARD HAMBURGERAS, 1800
SICNE ALD TOH BIRNIN HAMBURG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn1736053132/phys_0100](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1736053132/phys_0100)

DFG



DISPUTATIO IV. ET ULTIMA.

§. XX.

DEsiderabitur a nobis, opinor, ut præter ea, quæ jam sparsim supra allata fuere, generaliter nostram de Conciliatione Spirituum repetamus sententiam. Itaque quod FINEM PROXIMUN attinet, concedamus, cuilibet homini pio, peculiarem a DEO angelum tutelarem seu genium fuisse designatum (1). Hæc vetustissima quoque Hebreorum fuit sententia (2). Imo ipsemet Divus LVTHERVUS præscriptam Patribus & Matribus-familias benedictionem matutinam & vespertinam (3) ita finit: *Tuus sanctus Angelus (in singulari,) sit tecum, ne Diabolus quisquam in me possit.* Non itaque non fieri potuit, quin ea sententia, quæ singulis hominibus suos assignet Angelos, etiam acutissimo Hulmanno (4), neque heterodoxa, neque contra Scripturam temere asserta videatur. Nec est, quod πολυθεύλητον cæterorum Theologorum (5) nobis obvertas: indefinitum Angelorum numerum piis adsignatum esse. Nam vel prius ad hanc objectionem respondit immortalis gloria Theologus (6) B. GERHARDVS, quam nata esset, dicendo: *Ordinarie unum Angelum pio cuivis ad custodiā destinatū esse, NB. probabiliter dici posse, extra ordinarie autem plures Angelos ad singulos fideles mitti (7), quem proinde pro sua quoque sententia γνίσιος Musæanæ Theologiae discipulus B. Bajerus in suo Compendio allegavit. Caveas autem, ne cum Cabballistis (conf. not. 2, hujus §.) credas, hunc*

M

cæte-

cæterosque Angelos, quandoque familiares fieri eum hoc, qui suæ curæ addictus sit. Nam quamvis Abrahamum, qui Angelos optatæ prolis & multarum rerum nuncios habuerit, Jacobum, qui Angelorum familiaritate in tota sua peregrinatione usus fuerit, Eliam —, Petrum —, Johannem —, Mosen —, de quo Paulus dicit, quod Lex per Angelos nempe familiariter cum ipso agentes, &c. exemplorum quasi loco adduxerit Archangelus, tamen ex iis, quæ §. 14. attulimus, dissolvi possunt. Speciosum incautis videbitur assertum: *Deus clientulos suos tanto numine Angelorum munire studuit, ut nedum Angelorum familiaritate gaudere possit, quin etiam & fieri Angelum* (8). Quod autem FINEM REMOTVM, seu ut quisque genium, suæ vitæ generi conformem eligat, attinet, illud suppositum habet, quod hic *demon sidereus detur a sideribus, quibus talis professio vel secta, quam homo aliquis professus fuerit, subjiciatur*, quod adeo recitâsse, est refutâsse, quod etiam de FINE OBJECTIVO intellectum volo, quia tales orbium cœlestium Intelligentiæ, Ethnicismo, Muhammedanismo, omniq[ue] superstitioni longe viciniores sunt, quam Sacris literis, quæ diversas longe Angelis orbibusque cœlestibus attribuit functiones, vid. Gen. I. 14. Hebr. I. 14. Quæ porro ad dignificationem SUBJECTI requirebantur, adeo manifesto impia sunt, ut Christianis auribus, si non horrenda auditu, tamen intolerabilia videantur. Id quod illi concedent, qui abyssum Iniquitatis Platonico-Fanaticæ, de anima nostra, essentiæ divinæ particula & scintilla, in locis de Imagine Dei, Conversione atque connexis, intimius speculati fuerunt. Scriptura S. potius tale Subjectum requirit, quod 1) timet Deum, Psalm. 34.8. 2) salutis æternæ cura tangitur, Hebr. I. ult. Cætera dignificationis requisita, haud postulat. Hinc prudentissime Sorbonna A. 1398. pro errore declaravit: *Quod verba sancta & orationes*

tiones quedam devote, & jejunia, & balneationes, & continentia corporalis in pueris, & aliis, & missarum celebratio, & alia opera de genere bonorum, que sunt pro exercendo hujusmodi artes: excusent eos a malo & non potius accusent. Nam per talia Satræ res, imo ipse Deus in Eucharistia Demonibus tentatur immolari, & hec procurat Demon, vel quia vult in hoc honorari similis Altissimo, vel ad fraudes surs occultandas, vel ut simplices illaqueat facilis, & damnabilis perdat. Denique cum MEDIUM sint omnium actionum anima, ita ut res etiam licita præceptaque per solam non justorum mediorum applicacionem evadat culpabilis, quilibet incantationes, characteres, sigilla Magica &c. &c., ceu media spuria & impia rejicit. Nomen Dei in solamen animæ nostræ, & quod in angustiis invocemus, non autem pro lubitu nostro in vanum assumamus, revelatum fuit. Quæ auguria & temporum discrimen attinent, sat claris verbis in S. L. fuerunt prohibita (9). Taceo, quod Angelos citare, sit contra reverentiam hisce Dei ministris, non vero nostris subditis aut mancipiis debitam (10). Invocare autem eosdem plane est idolatricum. Bona namque fortunæ, ut de majoribus consulto fileam, nobis vix a se dabunt, quia eorundem largitionem si bi solus Deus reservavit, qui eadem nonnunquam NB. dormientibus largitur. Saniora sunt, ut cognoscamus I. im promeritum Dei erga nos mortales favorem, quod substantias multo nobis excellentiores, qui pro salute nostra excubias agerent, elegerit (11). II. Nos nulla re citius eos posse alicere, quam vitæ castitate & sanctimonia. Quæ vero ad arctiorem nos cum iisdem familiaritatem possent instigare, differamus usque dum a metu deceptionis variarumque circumventionum tuti, ipsimet erimus ΙΣΑΓΓΕΛΟΙ.

(1) Parum namque hic moramus Magnum MERSENNVM, qui ap. Rob. Fludd. de Sophia cum Moriae certamine Lib. 2. illum Magiae insimulat, qui cuilibet homini suum adsignat Angelum. (2) in נב. Conf. notam 5. & 8. §. 13. & not. ult. hujus §. Bodini Dæmonom. L. 1. c. 2. p. 15. Synopsis Libri קהנ in Kabb. Denud. Tom. 2. part. 1. p. 119. ex professo. Caveas autem, ne literalem aut ridiculum hic veteribus Ebræis affingas sensum, itera Archangelum Minoritam in Cabballist. dogm. f. 816. (3) in Catech. minori p. 383. edit. Rechenbergii in 8. (4) in Brev. Extens. c. 3. §. 10. De ipso autem B. Hülsemanno Nobilis ZIEGLER intäglichen Schauplatz der Zeit, d. 11. Jun. Num. 5. ita: Er war ein solcher Mann, dergleichen GÖD seiner Kirchen entzeucht, wenn er sie straffen will. Scherzer. ad §. 13. notam 23. (5) v. g. FRANC. TURRETINI in Inst. Theol. Elencticæ. Parte priori p. 603. sqq. (6) Magnus FECHTIVS in disp. ad Epist. Titi, c. 1. §. 6. (7) Isagog. Loc. Theolog. disp. 13. c. 8. §. 7. (8) Vid. notam 15. §. 15. (9) Ex superabundanti conf. Delrio L. 4. c. 2. qu. 7. Sect. 1. sqq. p. m. 549. (10) πεωλον φωδος Magorum, contra quos egimus, est: Spiritus, si quando nobis placuerit, ligari posse. Vid. אַרְבָּעָתָא Aphor. 14. p. 17. &c., Petrus de Abono in suis Elementis Magicis passim, Schemhamph. Salom. ultro citroque, &c. stricturasque hanc in rem apud Delrionem Disquis. Mag. L. 2. qu. 30. p. 316. (11) Pie hoc agnoverunt Veteres Ebræi apud Archangelum loc. saepius cit. f. 812. sq., & ex Patribus Divus AVGUSTINVS, qui apud B. J. E. Gerbardum in disp. de Custodia Angelorum cap. 3. ita loquitur: Magna est dignitas animarum nostrarum, quod unaqueque ab ortu, Angelum habeat deputatum. Conf. notam 2. hujus §. Diceret cum Turretino aliisque: Hanc sententiam credolere Papismum & Ethnicismum, Resp. Imo ipsum Judaismum licet antiquorem. Quid inde? Vid. CLERICI disp. de Argumento Theologico ab INVIDIA ducto, §. 4. sqq. & §. 12. sqq.

S. D. G.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1736053132/phys_0105](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1736053132/phys_0105)

DFG





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn1736053132/phys_0106](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1736053132/phys_0106)

DFG







que commendarem, simulque alii motionem subjectissime exorarem. fuit, cur tale præterea argumen nec demorsos ungues redolere possum, ab alio quopiam buc usque l ex misero nuperorum thesauri tiamnum per ora virum volitat, m Philosophorum curatum est. fore ut VESTRA SERENITAS nos cives clementia, hoc quicquid que obsequii, nuncii, Serenis dignam ex infimis Subditorum Suorum VVE SERENITATIS perpetuo at e calidissimas preces fundentem, simis cognatis easdem continuans respiciat.

ATIS VESTRÆ

um mearam
anno Partus
5. Jul.

subjectissimus Servus,
M. DAVID RICHTER.

CON-